AUTHOR:

JANSKE, JOSEPH

TITLE:

DE PHILOSOPHIA EURIPIDIS...

PLACE:

BRESLAU

DATE:

1857-1866

Master Negative #

92-81089-1

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Janske, Joseph
... De philosophia Euripidis ... scr. J. Janske
... Breslau, Storch, 1857-1866.
2 pts. in 1 v. 24 cm.

At head of title: Jahresbericht des K.Katholischen gymnasiums zu Breslau ...
T.-p. of pt. 2 reads: ... De Euripidis philosophia ... Breslau, Nischkowsky, 1866.

42285

Re

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 12X
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 2-11-93 INITIALS JA
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

Jahresbericht

des

Königlichen katholischen Gymnasiums zu Breslau

für das Schuljahr 18$^{56}/_{57}$

womit

zu der den 10. und 11. August zu haltenden

öffentlichen Prüfung aller Klassen

und

der auf den 12. August früh um 9 Uhr festgesetzten

Schulfeierlichkeit,

bei welcher die Abiturienten entlassen, die Prämien vertheilt und die Versetzung aller Schüler bekannt gemacht werden wird,

alle Vorgesetzten, Gönner und Freunde der Anstalt

ergebenst einladet

Dr. August Wissowa,

Director des Gymnasiums und Professor, Ritter des rothen Adlerordens und des Königlichen Hausordens von Hohenzollern, Mitglied der Gesellschaft für vaterländische Kultur.

Breslau, 1857.
Druck von C. H. Storch und Comp.

Jahresbericht

des

Königlichen katholischen Gymnasiums zu Breslau

für das Schuljahr 18 56/57

womit

zu der den 10. und 11. August zu haltenden

öffentlichen Prüfung aller Klassen

und

der auf den 12. August früh um 9 Uhr festgesetzten

Schulfeierlichkeit,

bei welcher die Abiturienten entlassen, die Prämien vertheilt und die Versetzung aller Schüler bekannt gemacht werden wird,

alle Vorgesetzten, Gönner und Freunde der Anstalt

ergebenst einladet

Dr. August Wissowa,

Director des Gymnasiums und Professor, Ritter des rothen Adlerordens und des Königlichen Hausordens von Hohenzollern, Mitglied der Gesellschaft für vaterländische Kultur.

Inhalt: 1) De philosophia Euripidis, pars I., scr. J. Janske, superiorum ordinum praeceptor.
2) Schulnachrichten vom Director.

Breslau, 1857.
Druck von C. H. Storch und Comp.

De philosophia Euripidis.

Prooemium.

Non quilibet poëta idem est philosophus et justam fortasse virorum doctorum dubitationem moveat is, qui ex primi cujusque poëtae carminibus philosophiam quandam interpretando elicere atque adeo ad artem revocare velit. Neque id tantum valet in eos poëtas, qui nostra memoria exstiterunt, sed in veteres quoque, quos vulgo philosophorum praeceptis magis quam recentiores imbutos fuisse constat. Euripideae vero philosophiae quum forma instituetur, nemo, puto, hac re offendet. Euripides enim a patre, homine locupleti [1]), diligentissime educatus et eruditus est, tantum in praeclarissimorum doctorum scholis, quas frequentabat, philosophiae amorem imbibit, tantaque in tragoediis philosophiae monumenta reliquit, ut ipse Apollo cecinerit:

Σοφὸς Σοφοκλῆς, σοφώτερος δ' Εὐριπίδης,
'Ανδρῶν δὲ πάντων Σωκράτης σοφώτατος [2]).

Cicero autem quum (epist. ad Fam. XVI. 8.) hoc de Euripide judicium fecit: „cui (Eurip.) tu quantum credas nescio, ego certe singulos ejus versus singula testimonia puto," profecto ejus philosophiam respexit. Euripides, priusquam Socratis consuetudine gauderet, physicis operam dedit, et in his explorandis maxime Anaxagorae praeceptoris viam ingressus est, ita ut compluribus locis ejus philosophi amorem et studium ostenderet [3]). Post autem omissis rebus ad vitam minus utilibus eam, quam de coelo deduxerat Socrates, philosophiam amplexus est [4]) atque de iis quaesivit, quae ad vivendi rationem et ad mores pertinerent. Quum autem ejus plurimum interesset, ut ea, quae de deo, de conditione humana ipse cognovisset, alios doceret, idque sine magno vitae periculo fieri non posse vidisset, ad fabulas componendas se convertit, eo consilio, ut tutius meliorem de rebus gravissimis disciplinam civibus suis traderet [5]). Anaxagoras enim [6]), qui solem lapidem, non deum ideoque divino honore indignum esse, idque genus alia, quae nimis a vulgaribus opinionibus recederent, docuerat, in summum Atheniensium odium inciderat, ita ut haud dubie capitis esset damnatus, nisi Pericles eum defendisset. Hujus gratia, qua plurimum apud populum valebat, capitis poena in mulctam quinque talentorum mutata fuerat atque ipse in exilium missus. Quam praeceptoris sortem ut evitaret Euripides, ad scenam confugit ibique per personas, quas inducebat, ea, quibus, si philosophiam palam professus esset, maxime offendisset populum, explicavit, ut hac ratione minus anxius esset de calumniis popularium. Quum igitur hoc qualicunque litterarum specimine constituerim de Euripidis philosophia tractare, inspiciendae mihi fuerunt ejus poëtae fabulae, quippe quae ejus philosophemata contineant. Est tamen difficultas hujus disquisitionis propria.

Multa enim leguntur ad hanc rem spectantia, quae sunt Euripidis poëtae, non Euripidis philosophi, quae nisi accurate internoveris, in eundem errorem incidas necesse erit, in quem incidisse mihi videtur Hassius, vir doctissimus, qui, quantum equidem sciam, proximus exstitit Euripideae philosophiae interpres. Alia leguntur, quae quamvis Euripidis philosophi sententias exprimere videantur, tamen explicanda sunt ex moribus earum personarum, quas loquentes inducit [7]). Sic quam sententiam in Phoenissis (v. 490 sq.) Eteocles profert:

Εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρῆ, τυραννίδος πέρι
Κάλλιστον ἀδικεῖν, τἄλλα δ' εὐσεβεῖν χρεών,

ea non ex ipsius poëtae animo est prolata, sed inservit ad Eteoclis ambitionem ejusque imperii cupiditatem describendam. Ante omnia respiciendi sunt ii loci, ubi chorus loquitur. Hujus enim verba quum plerumque cum ipsa fabulae actione non arcte cohaereant, sed versentur in personarum vel dictis vel factis contemplandis et ad certa quaedam virtutis praecepta referendis, commodissima in canticis poëtae occasio data erat aperiendi, quid ipse de rebus divinis, de virtute, idque genus aliis sentiret. Praeterea in censum revocanda sunt verba personarum, quae primarias partes sustinent. His enim saepe poëta ea attribuit, quibus praeter delectationem docere volebat spectatores. Quos enim vulgus vel propter nobilitatem vel propter virtutes magni aestimabat atque admirabatur, eorum verba magnam in audientium animos vim exercitura esse poterat sperare. Sed ne secundarum quidem personarum verba negligenda erunt; immo interdum Euripides rem ita instituit, id quod fortasse fecit, ne nimis animos civium offenderet [8]), ut famulos aut famulas philosophantes induceret [9]), ut paene ipsum philosophum audire nobis videremur. Verum nova exoritur difficultas eo, quod sententiae philosophicae, quas Euripidis esse judicamus, inter se pugnare videntur. Sic in Hippolyto nutrix declarat, nimis cavere alteri et metuere periculosum esse et damnum afferre valetudini, satius esse, amicitiae vinculum ita conjungere, ut facile solvi possit, meliusque esse modum imponere studio, quo alterum adjuvemus [10]). Nihilo tamen minus idem poëta laudibus effert exempla amicorum Thesei et Herculis, Orestis et Pyladae, quippe qui unus pro altero ne summa quidem discrimina subire recusent, praedicat eos, qui tanto suorum aut patriae amore flagrent, ut e vestigio parati sint, in suorum utilitatem animam efflare. Amoveri mihi posse videtur haec difficultas ita, ut dicamus, Euripidem censere in universum medium quiddam tenendum esse, observandam modestiam, accidere tamen nonnunquam, ubi verum aliorum commodum agatur, ut nulla sui ratio habenda atque haud cunctanter moriendum sit pro aliis. Est locus in Jone (v. 1206 sqq.), ubi haud sapienter constitutum esse censet poëta, nam per Jonis personam ipsum Euripidem loqui recte dixeris, ut non minus improbus, quam probus, si ad deorum aras confugisset, tutus esset a contumeliis et inviolabilis. Quae venia etsi conveniret integritati morum, tamen eam repugnare improbitati; quare removeri a templis consecratisque locis improbum hominem et suppliciis tradi aequum esse. Huic loco adversari videtur locus Heraclid. (v. 104 sqq.), ubi vim afferendam esse iis, qui se in deorum fidem et clientelam contulerint, negat Euripides. Consociari potest uterque locus; priore enim loco philosophi more Euripides disputat, altero poëtae partes sustinet et ad augendam legati Argivi impietatem exponit, eum contra consuetudinem jam ab antiquissimis Graecis receptam, ex qua deorum supplicibus quibuscunque parcebant, peccasse. Omnino quia Euripides modo tragici poëtae artem sequitur, modo philosophi rationem ingreditur, saepe dubitationem quandam atque adeo repugnantiam de gravissimis rebus, ut de natura deorum, lector animadvertere sibi videtur, ita ut propter hanc ipsam caussam iniquissima judicia a viris vel doctissimis facta sint. Alii enim philosophemata, quibus tragoedias suas exornavit Euripides, pro inanibus et siccis additamentis habuerunt, quae tantum abest, ut laudi essent poëtae, ut fabularum venustatem vel maxime minuant et infirment. Concesserunt Euripidi sollertiam quidem et ingenii celeritatem exercitationemque et magnam dicendi vim, judicii elegantiam et animi severitatem morumque integritatem et castitatem abjudicaverunt [11]). Iidem negaverunt, eum tanto ingenii acumine fuisse, ut summam Anaxagorae philosophiam percipere posset, ambitione et gloriae cupiditate ductum eum fabulas distinxisse, ut eruditionem jactaret, sententiis Anaxagoreis, quae ad cognoscendam clarissimi philosophi disciplinam minime sufficerent. Alii propensum quidem Euripidem fuisse ad philosophiam, studiose mores hominum observasse, sed propter judicii inconstantiam animique levitatem, quum de rerum natura, de numine divino, de ratione, quae inter deum intercederet et inter homines, quaereret, non satis huic cogitationi immoratum esse dixerunt, neque diligenter, quid de quaque re statuendum esset, investigasse, ita ut, quodcunque de gravibus illis rebus in buccam ei veniret, conglutinatum afferret [12]). Quum aut non recte didicisset, quae poponeret, aut consulto depravasset [13]), maxima cum fluctuatione eum modo haec modo illa protulisse, ut, quid ipse de singulis sentiret, in hac dubitatione vix perspiceres [14]). Atque fieri non potuisse, quin repugnantiis implicaretur et quum, quid vellet, nusquam diserte explicasset [15]), morum honestatem imminueret et verae virtutis sensum debilitaret [16]), nedum de religione bene meritus sit poëta scenicus [17]). Exstiterunt denique [18]), qui quamvis poëtam a gravioribus criminationibus, quibus ab aliis oneratus est, defenderent, iidem tamen eum inconstantiae vacillationisque accusarent. Postremo prodiit Hassius, qui l. l. tum verborum copia dicendique elegantia tum doctrinae subtilitate injustas illas accusationes refutavit et, quae et qualis fuerit Euripidis philosophia, docuit. Jam mirum cuipiam videri possit, quod ego post diligentissimum illius viri opus quasi acta agenda existimaverim et constituerim, rem, quae jam ad finem perducta sit, denuo tractare. Sed primum Hassii consilium id erat, ut in universum, quae et qualis fuerit Euripidis philosophia, ratione habita rerum graviorum scriberet, aliarum explanationem omitteret; deinde quam sententiam de deo, de justitia divina exhibuit, ea mihi probari neutiquam potuit. Quare quum mihi in animo est, quantum exiguae vires praestare possint, sententiarum ad philosophiam pertinentium, quae passim apud Euripidem leguntur, certam quandam formulam componere, patet, non tantum fabulas, quae integrae ad nostrum tempus servatae sunt, inspiciendas, sed etiam fragmenta in partes vocanda esse. „Nam, ut ait Valckenarius (l. c. p. 1. 2), ex perditis tragoediis exquisitissimas quasque nobis veteres custodiverunt, Euripidis imprimis tragici versibus tanquam veris optimi morum magistri praeceptis usi, vel tanquam sapientissimi viri testimoniis. Hoc quum cadere nequeat in dubitationem, multum erraret opinione sua, qui reliquias dramatum Euripideorum cum cujusvis Graeci poëtae vel alterius scriptoris fragmentis aequipararet, Sophoclis verbi gratia, vel Callimachi, vel Nicandri. Euripidea neminem arbitror vilipendere posse, qui quidem illa paullo propius cognoverit, atque usu didicerit, quantam in animis hominum bene moratorum vim habeant paucis expressa magnorum virorum dicta prae prolixis philosophantium disputationibus; quique praeter alios veteres Christianos Clementem legerit Alexandrinum, atque ex locis, huic uni conservatis, perceperit, quam prope in istac caligine superstitionis ad veritatis lucem Euripides accesserit." Quod autem eam philosophiae partitionem, quam in physica et ethica veteres fecerunt, retinui, eo vix quemquam offensurum esse arbitror. Itaque hujus libelli capita erunt de deo, deinde de animo et de corporibus, tum de finibus bonorum et malorum, de virtutibus, de officiis, denique de formis reipublicae.

C. I. De rebus divinis.

§ 1. Non sunt dii, qui fabulis feruntur.

Qui vere deus est, eum nihil turpe facere consentaneum est [1]. Justitia eum excellere et potentia et morum sanctimonia, sapientia [2] denique et eximiis virtutibus, merito affirmant [3]. At quales sunt dii, qui fabulis feruntur. Nonne prorsus contraria sunt natura? Nam quidquid injusti [4], quidquid libidinosi [5] et infirmi [6], quidquid stulti et perversi [7] excogitatur, id in diis fabulosis reperitur. Age contemplare istum Apollinem, qui honestatis et justitiae immemor [8] Orestem et Electram cohortatus est, ut matrem interficerent, idque oraculum ex sanctissimo terrarum loco, quem olim Themis tenuerat [9], dedit, is, qui justarum rerum et injustarum judex dicitur acerrimus, postea, quum perpetrassent turpissimum matricidium, utrumque in misserrimam calamitatem conjecit, conjectum deseruit. Idem Apollo in improbi hominis modum veterum injuriarum rixarumque nimis memor Neoptolemum eodem tempore, quo Delphos venerat, ut iratum deum supplicationibus et sacris placaret sibique reconciliaret, ex insidiis ab Oreste peti telisque confodi passus est, neque obstitit, quominus ipsa dei sedes a fraudulentis hominibus acerbissime violaretur [10]. Quid? quod foedissima libidine inflammatus Apollo vim atque vitium attulit Creusae pudicitiae [11]; neque tamen postea, quamvis deus esset, infelici virgini auxilio fuit, ita ut haec de salute sua desperans infantem recens natum, Jonem, clam expositum feris bestiis derelinqueret [12]. Jupiter autem nonne Semelam corrupit, corruptam fulmine sustulit? Cycni formam induit, ut quum persequentem aquilam se fugere simularet, in Ledae gremium insinuaretur [13]. Quodsi Jupiter, qui ipsorum coelicolarum imperium tenet et Apollo et Neptunus pro flagitiis, quae voluptate et luxuria diffluentes innumerabilia commiserunt, pro temeritate, qua abrepti summis homines injuriis affecerunt, poenas dare cogerentur, brevi profecto eorum templa vacuefierent, quippe quorum simulacra donaque, vel pretiosissima, ad debitum solvendum non sufficerent [14]. An aequum fuit justumve, invisum Junoni procreasse Graecorum liberatorem atque sospitatorem, Herculem? Proditionis ac perfidiae accusandus est Jupiter, qui quum Ganymedem principem dignum habuisset, qui in coelum reciperetur et diis pocula ministraret, concesserit, ut urbs, quondam suavissima, in qua novus deorum pincerna natus esset, funditus everteretur. Sociam injuriae habuit Auroram, quae et ipsa eam urbem, ex qua dilectum maritum quadrigis suis in beatas deorum sedes evexerat, exstinguere constituit, neque permota est clamoribus ejulatuque deletae Trojae incolarum [15]. Adeone nihil juvat, in gratiam deorum redisse! siquidem tantae inconstantiae culpam sustinent. Ceterum minime decet reginam deorum, Junonem, ista malitia atque levitas ambitionisque amor, cujus convincitur. Vix natus erat Hercules, quum Juno invidae mulieris more pestiferos illos serpentes ad eum interficiendum misit. Quo periculo feliciter superato ex eadem implacabili ira filium ipsius Jovis per molestissimos labores, per atrocissimas pugnas transversum egit perpetuas atque ne tum quidem, quum tantus ille vir exstinctis praedonibus sublatoque omni ferarum genere summa in cunctos Graecos beneficia contulerat, immortaliterque meritus erat de universis hominibus, omni modo eum persequi destitit; quippe in tantos furoris tenebras eum demersit, ut, quin miserrime interiturus esset, non dubium videretur. Quid? quod utramque et Junonem et Minervam ea mollities et inane pulchritudinis studium exagitavit, ut non dubitarent, in montem Idam se conferre et ridiculum de venustatis palma certamen arbitro Paride subire [16]. Scilicet hunc corrumpere studebant, pollicentes, una, se ei, quamvis barbaro homini, Argivos diventuram esse, altera, effecturam, ut Athenienses, quamvis in sua ipsius tutela essent, Phry-

gibus servirent [17]. Taedio fortasse Jovis permota alium illa quaerebat conjugem, hanc, credo, pigebat aeternae castitatis, quod munus olim a patre sibi poposcerat praecipuum. Non magis laudanda est Venus, quae tantum abest, ut suavitati suae convenienter agat, ut mendacia struat, fingat fallacias insidiasque. Cum illarum dearum perversitate conferri potest Dianae pravitas. An consentaneum est, quae dea eos, qui se tactu animalium aut recens natorum aut mortuorum inquinarint, aut caedem perpetrarint, a templis suis prohibet, eandem oblectari sanguine humano atque epulis ex carne hominum comparatis [18]. At enim, dixerit quispiam, est aliquantum dulcedinis in dapibus tam obscoenis tamque nefandis, quandoquidem ex omni deorum turba recusavit nemo, quin ad comedendum Tantali filium, ab ipso patre mactatum, accumberet [19]. Sed quid mirum et inauditum videatur in diis, qui quibuslibet amoribus inconcessis se dederint et explendae regnandi cupiditatis caussa eo impietatis processerint, ut ipsorum patrem regno spoliarent, spoliatum in vincula conjicerent? Jam quid faciant homines, quorum duces sunt dii et magistri et legum latores? Quis in posterum cujusquam sceleris accusabit mortales, quum ipsos deos omni flagitiorum genere obrutos videat [20]? Imitabuntur homines deos, idque eo studiosius, quod hi non tantum poenas peccatorum dant nullas, sed summa etiam securitate gaudent et maxima felicitate fruuntur [21]. Sic Juno, postquam omnium Graecorum principem perdomitum crudelissime vexavit excruciavitque [22], in maleficio suo glorians exsultavit, coelum concussit pedibus, velutsi praemia sibi deposceret meritorum [23]. Aequumne est, ejusmodi deos poenas exigere ex hominibus improbis atque persequi eos, qui ipsorum exemplum imitati per fas nefasque ruunt [24]? Optimo jure sua homines peccata in deos referent aut omnino contemnent deos quippe qui mali praesides sint rerum humanarum [25]. Verumenimvero quaecunque de diis tam injusta et impia traduntur tamque perversa, ficta sunt et commentitia [26]. Quis, si modo sana mente sit, istas fabulas credat? sua ipsorum peccata homines diis attribuerunt [27]. Quae sua ipsorum libidine ducti homines deliquerunt, ea pro deorum voluntate habuerunt. Quod ipsi homines barbari fuerunt et immanes, ideo ex bonis mortalium custodibus feros homicidas fecerunt, quod ipsi homines caedibus et cruentis proeliis gavisi sunt, ideo in diis quoque eandem feritatem atque immanitatem animadvertisse sibi videntur. Pessimis quibusque libidinum illecebris et voluptatibus homines se tradiderunt, id quod in caussa fuit, ut deos non alios fingerent, nisi moechos, omnibusque amoribus inconcessis demersos [28]. Inconstantiam fortunae et mutabilitatem in semetipsis experti sunt homines, ob eandem caussam etiam deos opinantur variis casibus inferiores esse et rerum humanarum vicissitudini subjectos; hinc exorta est eadem divinae naturae imbecillitas, quae humanae. Nunquam enim, qui vere deus est, ad vitam dissolutam adducitur [29], nunquam vincula senserunt manus ejus [30], nunquam imperio cujusquam circumscribitur, nunquam cujusquam rei indiget [31]. Quas autem semel conceperunt homines ineptas de diis opiniones atque stolidas [32], eas poëtae carminibus disseminarunt ac pervulgarunt [33] et ad lectorum oblectationem exornaverunt. Quamquam multas fabulas dixeris inventas esse, ut homines, quum ratione duci non possent, timore deorum perfunderentur et retinerentur a sceleribus (v. Electr. v. 677 sqq.).

Quoniam Euripides ea, quae de diis narrantur, pro meris vanisque fabulis habet et hominem se praestat liberioris in rebus divinis judicii, non dubitat, fabulas, quae vulgo feruntur, magna ex parte mutare. Praeter locum (Iphig. Taur. v. 361), quem citavimus, exemplo est Electr. v. 674 sqq. Quum enim alii poëtae vulgi opinionem secuti solem ob epulas ab Atreo Thyesti paratas lucem suam occultasse, vel etiam cursum retro vertisse finxissent, Euripides mutatam rem in hunc modum disposuit. Atreo et Thyesti de regno certantibus oraculum respondit, utri prius visum esset prodigium, eum imperium accepturum. Quod prodigium Atreo, dum arietem aureum accipit, contigit.

Sed Thyestes ab Aërope ejus uxore corrupta adjutus illum arietem clam abstulit et ita regno est potitus. Tum Atreus multo gravius, quod sibi in coelo visum esset, portentum ostendit. Solem enim propter Thyestis flagitium ad meridiem recessisse et iter sideribus contrarium ingressum esse, dum enim sidera ab occidente ad orientem moverentur, solem ab oriente ad occidentem cursum tenere[34]). Jam dum vulgo in Tartaro scelestos homines poenas dare opinabantur, in aëre Euripides Tantalum et Ixiona suspensos versari (Orest. v. 7) confirmat, quam poenarum rationem gravissimam esse maximeque convenire summae hominum improbitati et ipse poëta in Herc. fur. et scholiasta (ad Orest. v. 7) dicit. In aëre enim versanti neque quietem dari, neque permitti, vel terrae vel mari innixo recreari[35]).

Eadem de caussa, quod commentitia esse, quae de diis narrantur, atque fabulosos ipsos deos Euripides censet, idcirco deorum nomina non pro propriis habet, sed pro appellativis, quae dicuntur. Tam enim libere miscet ea et conjungit, ut cognati dii et propinqui appareant. In Bacchis Dionysi cultum cum Cybeles, magnae matris, consociat, ut utriusque numinis caerimoniae fere eaedem videantur, quia notio Bacchi[36]) illum significat strepitum, quo sacra habebantur, simillimum rationi, qua Asiatici Cybelen celebrabant. In eadem tragoedia Cererem Baccho adjungit, nam uterque deus alimentis homines adjuvat, altera densis solidisque, alter liquidis. Quod autem Isin, Cybelen, Cererem confundit, illud non offendit, quod alii quoque poëtae raro discernunt illas deas, ut permiscent Osirim et Bacchum. Sed quod Cererem prorsus eandem proponit atque Cybelen[37]), quamquam illa perhibetur filia Rheae, illud contra aliorum consuetudinem facit, haud dubie respiciens varietatem frugum et munerum, quibus utraque hominibus sit magnae utilitati[38]). Item, qua ratione, quo strepitu cultuque circumvagatum esse scimus Bacchum, eundem in Helena tragoedia transfert in Cererem, ut pro Cerere Bacchum agnoscere nobis videamur. In hac quoque nova deorum descriptione non possumus non fateri, et Bacchum et Cererem visos esse Euripidi idem numen frugiferum sive eandem naturae vim animantibus maxime salutarem. Et quum caloris vim ad fructus procreandos habeat Ceres, hanc eandem esse voluit atque Vestam (v. Müller l. c. p. 39). Jam Dianae, Hecates, Lunae, Proserpinae nomina ejusdem deae habentur, quanquam aliis locis ipse Euripides ea diversis numinibus attribuit. Dianam praeterea confundit cum Ilithyia[39]); Saturni quoque et Croni nomina ad eundem deum pertinent. Et quum Apollinis proprium sit, omnia providere ac praedicere, eundem facit, quem Solem, quippe qui propter lucis radios non minus, quam ille omnia penetret. Lunam autem quum fingit Solis filiam, profecto Anaxagorae doctrinam secutus est, docentis, lunae lucem a sole proficisci[40]). Liberius etiam usus est Euripides voce *ἀλάστορος*[41]). *Ἀλάστορες* Euripidis ea sunt numina, quae non tantum a scelestis hominibus poenas exigunt, sed etiam ad facinora incitant. Sic Furiae, ut apud Sophoclem, *ἀλάστορες* vocantur, quamquam in Medea *ἐρίννυες* et *ἀλάστορες* discernuntur. Modo mali genii (*ἀλάστορες*) vel deus quidam ad flagitia incendunt et calamitates afferunt, modo ipsi depravati malique homines *ἀλάστορες* appellantur, vel a malis geniis orti[42]). Modo prava indoles *ἀλάστωρ* dicitur, modo malum ex prava indole profectum; omnino *ἀλάστορες* magnam in hominum animos vim exercent et auctores vocantur malefactorum[43]).— Non minus in fabula de Parcis ab aequalium opinione recedit, non enim novit *ἐπικλωθούσας Μοίρας*, nedum proferat nominatim unam alteramve illarum dearum. Verbum *ἐπικλώθειν* secundum Homerum (v. Odyss. I, v. 17) Euripides omnino de diis usurpat, qui hominum fatis praesunt. *Μοίρας* vero Jovis solio assidentes fingit hanc vel illam rem explere vel ad finem perducere (*τελεῖν*, *κραίνειν*, *συντείνειν*)[44]). Fabulam, ex qua Vulcanus aperuisse dicitur Jovis caput, unde Minerva in lucem prodiret, in Prometheum transtulit Euripides.

Eidem Euripidis sententiae, deos, qui feruntur, habendos esse vires naturae, non veros deos, documento esse potest ratio, qua deorum alium alio loco tantis laudibus effert, ut summus omnium esse videatur. Reginam deorum nominat Dianam, Bacchum alio loco deorum principem, summum iterum Amorem collaudat; Venerem autem omnium rerum matrem praedicat atque nutricem. Jam Mercurius invocatur, ut qui cum Jove et cum Plutone et apud superos et apud inferos imperium habeat. Mercurius, quum *χθόνιος* vocatur, idem esse potest, qui *Ἅιδης*, quanquam illa vox pertinere potest ad munus, ex quo conciliator habetur inferorum et superorum Mercurius. Alio loco Jovem dicit poëta, sive malit Pluto appellari, summum omnium rerum tenere imperium (v. Müller l. l. p. 39).

Nec magis Euripides probat deorum, qui fabulosi sunt, colendorum rationem maximeque invehitur in fatidicorum hariolorumque perversitatem et lucri studium. Homines enim, dum cupiant futura, quae divini numinis sapientia recludi vetuerit, praevidere (Jon. v. 336 sqq.), ad eos se convertere, qui se ex victimarum visceribus vel ex avium volatu vaticinari posse simulant. Sed fraudulentos esse vates et plerumque mendacia proferre. Nihilominus impunitos eos dimitti et dicere, se a diis impeditos esse, ne vera pronuntiarent; sin aliquando, id quod perraro fiat, eveniant, quae vaticinati sint, gloriari eos de arte sua. Omnino nullo modo futura, neque bona neque mala, divinari posse, escam quandam inventam esse artem vaticinandi ad homines decipiendos, neminem unquam ignavum per vates esse promotum atque auctum, omne vatum genus honoris esse avidum, nihil boni, mali plurimum ubique parere[45]). Ergo missam faciendam illam artem, suae quemque fortunae auctorem esse prudentia sua[46]).

Aeque vanam doctrinam, atque fatidicos, saepe mysteriis initiatos jactasse, e Cyclopis loco (v. 619) videmus. Ibi Orphicis mysteriis initiati perstringuntur, qui se tam efficacia carmina scire profiteantur, ut chorus ex Satyris constans, propter ignaviam vitae suae timens, confidat, se tali carmine perfecturum esse, ut titio sua sponte in improbi Cyclopis cerebrum penetret et unoculum perdat[47]).

His explicatis non alienum videbitur commemorare, quale judicium fecerit de Euripidis sententiis ad religiones spectantibus Müllerus in l. s. l. Profert autem fere haec. Dum Sophocles mediam quandam inter nimium et parum viam teneat, dum neque superstitioni neque liberiori de diis sententiae indulgeat et pio castoque animo deos colat, Euripidem, esse deos, quos in tragoediis producat, non credere, ab histrionibus eos non discernere, quos non tantum infelices homines non revereantur, sed etiam, qui rebus adversis careant, incusent. Quin vel ipsum chorum, cujus imprimis sit offensos deos defendere, ad impios sermones conviciaque descendere. Sophoclem contra deorum, si ab hominibus calamitosis contumeliis afficiantur, patrocinium iterum iterumque suscipere. Deos, quos Euripides fingat, impotentes esse et insipientes, eorumque instituta legesque esse vituperandas, ita ut ipse chorus eas perstringat. Imprudentissime Euripidem fabulas, quae de diis ferantur, impugnasse ac fere omnibus sublatis nihil proposuisse, quod hominibus sufficiat, exagitare eum deorum colendorum rationem atque artem vatum lucri studiosorum, quibus facile supersedere eos, qui deos precentur, quique recte agendo deos sibi amicos reddiderint. In his omnibus quum compluribus locis a vulgari opinione recedendum esse neget, sibi ipsum contradicere poëtam, cujus fere omnes tragoedias abhorrere a pietate docenda suadendave, talemque exitum habere, ut appareat, consulto eum diis attribuisse temeritatem et stultitiam. Non minus eum in describendis diis secum pugnare, modo enim dicere, Dianam odio ardere in Venerem et in matrimonia, modo eam parturientes adjuvare, nunc vituperari Venerem, utpote quae in-

concessas incestasque cupiditates suscitet, nunc laudibus efferri, quod sit omnium rerum procreatrix. Naturam autem et consilia numinis divini pervestigari omnino non posse, ut omnia casu fortuito accidere videantur. Jam quod deos una notione comprehendat, et ut cognatos amplectatur, id poëtam probabiliter eo consilio facere, ut unum esse deum popularibus persuadeat eosque ad veram de diis doctrinam perducat. Ceterum primariam impietatis Euripideae caussam esse, quod deos domesticos poëta contemnat, alteram, quod eo praeditus sit ingenio, quod magis in comoediis, quam in tragoediis componendis eluceat. Jam toti de his rebus disputationi Müllerus hunc finem imposuit: „quae omnia si mecum reputaveris, poëtam ineptissima quaeque de diis e sententia vulgi tradere, quas notiones tragoediis suis fundamento esse voluit, passim meliora proponere, quae vero a persuasione popularium essent remotissima, neque, inspersa tantum nonnullis locis, nullo modo cum toto connexa, quidquam valere poterant, mecum contendes, puto, eum inscite de diis tractasse, mores corrupisse, perniciosam vim exhibuisse."

Ante omnia, quo minus offendamus in Euripidis tragoediis, probe sunt distinguendi loci, ubi poëtam se demonstrat, ab iis, ubi philosophus vult videri. Tanquam enim duplex quaedam natura in quolibet poëta, non tantum veterum sed omnium temporum discerni potest. Poëtae enim, quum non solum delectare, sed etiam prodesse velint, in operibus suis et eam animi partem, qua imaginamur, phantasiam, quam dicunt, respiciunt, neque eam negligunt, qua intelligimus perspicimusque. Qua re non prorsus fabulis, quas et ipsi fictas esse sciunt, supersedere possunt; attamen multis locis, ut doceant lectores, suas interponunt sententias. Neque tamen quisquam poëtam a se ipso dissentire affirmaverit. Sic item ne Euripides quidem superstitiosis fabulis carere potuit, siquidem movere vellet animos popularium, qui a pueris illis fabulis assuessent. Ceterum fabulis tragoedias suas tanquam superstruere coactus erat, nisi prorsus explodi vellet[48]). At Euripides, quum suas sententias multis locis immisceret, identidem ab hominum de diis opinionibus recedendum esse negavit, nihil argutando contra deos profici, tanquam in aëre suspensum hominem liberioris in rebus divinis judicii nihil habere, in quo insisteret, semper ea sacra, quae apud simplices et sinceros homines in usu essent, probanda esse et retinenda[49]); quin, etiamsi aliud sentires, tamen quae populares crederent, amplexanda esse et servanda[50]). Id sane ita est. Sed Euripides, quum meliora de diis doceret, caute et considerate agendum esse sibi persuaserat. Quum enim multi ejus aetatis, qui philosophiam jactarent, omnia radicitus evellere studerent et superstitionem quocunque modo oppugnandam esse censerent, his neutiquam assentiri poterat Euripides, utpote qui ista perversa ratione multo plus damni, quam utilitatis effici intelligeret. In eos igitur invehitur, qui tantum abesse ut firmiora aedificent, ut omnia diruendo conturbent et misceant. Summae circumspectionis eum admonuit quum Anaxagorae praeceptoris et Aeschyli poëtae exemplum[51]) tum multo magis ipsius rei gravitas. Praeterea eum Socrates, quo familiariter utebatur, satis modestum ac temperantem reddiderat. Quae vero in doctrina deorum repugnantiae Euripidi objiciuntur, eae partim tolluntur iis, quae supra diximus, partim insident in futilibus Graecorum de diis opinionibus. Cujuslibet enim dei fabulas percense, multa in eis secum ipsa pugnare invenies, ita enim perversa natura fuerunt homines, quibus Christiana religio non erat patefacta, ut, postquam deos sapientissimos, justissimos, castissimos finxerunt, quum in omni re hominibus eos praestare vellent, eadem vitia quibus ipsi laborarent, vel majora in deos transtulerint, ut, qui vindex injuriarum, modestiae castitatisque praeses diceretur, idem maximarum injuriarum auctor, idem intemperantiae deditissimus evaderet. Et quo pejores homines erant, eo pluribus repugnantiis suas de diis opiniones

inquinaverunt[52]). — Euripidem magis comicum fuisse poëtam, quam tragicum, haud concesserim. Quot enim in ejus tragoediis exstant loci, quibus misericordia commovemur, tristitia et moerore afficimur? Herculis insania atque aegritudo, in quam ille velut de gloriae fastigio subito detrusus incidit, ut inimicis irrisionem praebeat acerbissimam, cujus non intimos sensus animumque pertractet? Quid? Hecubae (in Hecuba) miseria, qua nihil potest excogitari miserius, nihil atrocius, quem non percellat? Hecuba ex regno potentissimo, divitiis affluente, ejecta in foedissimam servitutem abigitur. Et conjuge et filiis filiabusque in communi Trojanorum caede orbata posuerat omnem spem in relictis Polydoro et Polyxena. Sed ne hi quidem ex tanta progenie conserventur; miserrima regina dum fortunam suam deplorat, comperit, filium suum ab hospite maxime infido ob avaritiam occisum esse, ad mortem deduci a crudelissimo hoste videt filiam unam ex ipsius complexu ereptam, ut prorsus nihil desit ad miseriae humanae cumulationem. In hac re tragice tractanda nonne magnam artem ostendit Euripides? Nonne ita expinxit omnia, ut sortis humanae debilitatem atque fragilitatem paene oculis nostris videre videamur? Eodem dolore Troad. fabulam legentes afficimur; nam hanc quoque Euripides eo consilio scripsit, ut maximi splendoris et magnitudinis hominum eversionem ostenderet. Ipsi veteres Euripidem, quod facile spectatorum animos permoveret, *τραγικώτατον* appellarunt. Quamquam quid moror eam rem, quae pertinet ad quaestionem de vi et natura artis tragicae? Rectius alii illam artem perspexerint, tractaverint argumenta illa arte digniora, tamen inter magnos tragoediarum auctores numerandum esse Euripidem constat. — Quod autem impium fuisse Euripidem dicit Müllerus, quod deos domesticos contemnat, id ita inverterim: contemnit Euripides deos patrios ob eam rem, quod eorum imbecillitatem vanitatemque cognovit, quippe eorum fragili natura humanae simillima hunc mundum regi neutiquam posse. At corrupit mores hominum. Vel ex eo, quod erat Socratis discipulus, eum civium mores depravasse non est verisimile. Neque illud de Euripide judicium consentire videtur cum oraculo: *σοφὸς Σοφοκλῆς, σοφώτερος δ'Εὐριπίδης* etc.[53]) Revera eum impias opiniones in vulgus serere noluisse, Valcken. demonstrat (p. 185. l. s. l.). E contrario idem Valcken. (p. 250): „Pro istius, inquit, aevi licentia malos cives nominatim insectatur Aristophanes. Humanitatis amans Euripides sub heroicis personis, antiquis certe, vitia civitatis Atticae plurima modeste notavit; et si praestare non adeo potuit, facere tamen conatus est, quod poëtam decere Agathon in Aristoph. Ran. v. 1041. dicit"[54]). Voluisse autem poëtam popularibus persuadere, unum esse deum, id jure affirmari potest. Jam qualia sint, quae meliora docuit Euripides, deinceps videamus.

§ 2. De deo.

Quae de deo statuit Euripides, haec fere sunt. Est quaedam divina lex, quae omnia regit, animis hominum innata, tenetque jus atque justitiam, quae mala facinora judicat, cujus internam vocem nemo non audit. Illam legem conscientiam vocamus, neque ulla alia inventa est, in qua innisi, quicunque hominum societates conciliaque firmare studuerunt, civitatibus leges dederint. Illa igitur lex fundamentum est et morum et institutorum, quae omnia a deo proficiscuntur[1]). Ex illa lege deum cognoscimus ejusque administrationem rerum humanarum[2]). Verum qui ex illa lege deum cognoscit, eum necesse est intelligere vim divinam ex operibus sive ex tota natura. Legimus apud Valckenarium (p. 28. l. l.) fragmentum Euripidis[3]): Miser ille, qui spectans ista deum animo non cernit: longe projicit tortuosas Physicorum laqueos, quorum lingua noxia sensus omnis vacuas leves periclitatur de rebus tenebricosis conjecturas. In initio hujus

fragmenti cogitare licet de iis, quae Cicero (Tusc. I, 28)[4]) profert, de deo ita disputans: „Quum videmus speciem primum candoremque coeli, dein conversionis tantam celeritatem, quantam cogitare non possumus, tum vicissitudines dierum ac noctium commutationesque temporum quadripartitas ad maturitatem frugum et ad temperationem corporum aptas, eorumque omnium moderatorem et ducem solem, lunamque accretione et deminutione luminis, quasi fastorum, notantem et significantem dies, tum in eodem orbe in duodecim partes distributo quinque stellas ferri eosdem cursus constantissime servantes disparibus inter se motibus, nocturnamque coeli formam undique sideribus ornatam; tum globum terrae eminentem e mari, fixum in medio mundi universi loco, duabus oris distantibus habitabilem et cultum, ceteras partes incultas, tum multitudinem pecudum partim ad vescendum, partim ad cultus agrorum, partim ad vehendum, partim ad corpora vestienda, hominemque ipsum quasi contemplatorem coeli; atque hominis utilitati agros omnes et maria parentia; haec igitur et alia innumerabilia quum cernimus, possumusne dubitare, quin iis praesit aliquis moderator tanti operis et muneris.“ Hunc deum etsi ex ejus operibus cognoscere possimus, tamen saepe negligimus, sed res adversae, in quas idem ille deus nos detrudit, admonent, ut ad sanitatem revertamur et veneremur numen, cui omnia subjecta sunt (v. Hecub. v. 904 sqq.). Summum hoc Euripidis numen est illa mens divina Anaxagorae. Hic enim philosophus primus mentem (*νοῦν, νοῦν βασιλέα*)[5]) sejunctam esse statuit a corporibus, sive ab illa rudi indigestaque mole, ex qua facta sint omnia tum animantia tum inanimata. Accessisse enim ad inordinata confusaque corpora mentem et separando diversa, conjungendo similia, movendo omnia effecisse res adspectabiles. Ita exorta esse aethera, aërem, frigida, calida, humida, sicca, sidera quoque[6]). Anaxagoram secutus Euripides negat, mentem sive deum cadere sub oculos[7]), corpore quodam tanquam praesidio uti, quidquam eum tangere et movere ejusmodi, cujus homines, corporibus praeditos, ut epulari, potare, libidinibus indulgere, vinculis premi. Nam deus sibi ipse sufficit, neque cujusquam, si vere deus est, indiget[8]). Quum corpore careat, nullum spatium implet, neque oculis conspici potest[9]). Multo major est, quam homines atque dii, qui vulgo feruntur, cujus majestas atque sapientia tanta est, ut humana mente investigari et intelligi non possit[10]). Deus non aliunde est ortus, dominus cunctorum, per silentium incedens totam naturam temperat movetque, omnia et in coelo et in terris administrat, ita ut, quibus consiliis utatur, nos fugiat; nam prorsus aliter atque ratio et sapientia hominum exspectaverit, quaecunque sunt, continet, quaecunque fiunt, ad eventum perducit, ut saepe homines, quo sunt ingenio angusto et obtuso, casu fortuito res fieri arbitrentur; praeter exspectationem modo obscura promit, ignobiles ad summum fortunae fastigium evehit[11]), modo, qui insignis fuerat opibus et maxime conspicuus inter homines, in summam miseriam detrudit, neque quaecunque agunt mortales, negligit[12]).

Jam quaeritur, ubi habitantem illum summum deum cogitaverit Euripides. Quod aperte de habitatione dei profert, id sufficere non potest. Nam vel poëtarum morem vel vulgarem hominum rationem secutus modo in terra eum sedem suam constituisse, modo inter sidera, modo in ipso aethere[13]) habitare affirmat. Quod nos Christiani nobis persuasimus, deum nullo non esse loco, id nusquam apud poëtam liquido expressum legimus[14]). Sed quum summum numen lex sit, qua et res tum animantes tum inanimatae continentur, conservantque ordinem suum, et homines, quorum cujusque animo lex illa innata et tanquam insculpta est, non solum ab interitu prohibentur, sed etiam conciliis civitatibusque recte constitutis ad salutem semper perducuntur, necesse est, inquam, deus Euripideus, si non ubique, tamen longe lateque diffusus versetur et imperium teneat.

In nomine autem deo tribuendo, velut si dubitet, num unquam aptum possit reperiri, sibi non

constat poëta. Aliis enim locis illam legem ita praedicat et describit, ut pro ipso deo haberi possit, aliis locis Jovis vel Ditis nomine utitur, non nunquam aethera deum compellat, popularium dicendi rationem secutus. Saepe etiam *Ἀνάγκη* vel *Χρεών* vocatur numen, cui omnia pareant[15]). Locus praestantissimus ad hanc rem spectans legitur Troad. v. 846 sqq.

Ὦ γῆς ὄχημα, κἀπὶ γῆς ἔχων ἕδραν,
Ὅστις ποτ' εἶ σὺ, δυστόπαστος εἰδέναι,
Ζεὺς, εἴτ' ἀνάγκη φύσεος, εἴτε νοῦς βροτῶν,
Προσευξάμην σε· πάντα γὰρ δι' ἀψόφου
Βαίνων κελεύθου, κατὰ δίκην τὰ θνήτ' ἄγεις.

Hoc loco dubitatio non tantum pertinet ad nomina deo tribuenda, sed multo magis ad ejus vim et naturam[16]). Integram enim relinquit poëta quaestionem, utrum deus sit perfecta quaedam ratio, hominum rationi simillima (*ἀνθρωπόμορφος*, ut scholiastes ad h. l. dicit), an sit ea vis naturae, quae, quin unquam decipiatur, certis quibusdam legibus, quaecunque videmus, temperet regatque. Summa horum verborum vertitur in majestate et excellentia numinis divini, qua nihil possit inveniri praestantius.

Ex iis, quae supra explicavimus, facile est intellectu, quibus virtutibus praeditum Euripides deum cogitaverit. Deus est potentissimus[17]). Si omnia omnium philosophorum scripta pervolveris, totam mentem cogitationemque in rebus difficilibus subtilibusque defixeris, non tamen invenies quidquam deo majus atque potentius[18]). Nihil majus graviusve fit nisi sciente deo. Quaecunque hominibus fortunae vicissitudines accidunt, earum multas stultus opinatur casu fortuito accidere, revera dei voluntate eveniunt. Saepe homines, qui summum honorum divitiarumque gradum ascenderunt, nimia elati superbia omnibus vel ipso deo superiores sibi videntur atque eo progrediuntur temeritatis et arrogantiae, ut suis se ipsorum viribus sperent confirmare posse vanas illas opes et defendere contra omnes impetus. Sed derepente deus efficit, ut omni gloria et magnificentia exuti in maximam egestatem et miseriam dejiciantur[19]) et documentum exhibeant aliis, quam imbecilli sint homines, quam nihili aestimandae vires humanae, cum divinis comparatae[20]). Contra alios, quantumvis antea fuerint infirmi et despecti, unus deus adeo promovet, ut cunctos honoribus et facultatibus antecedant. Cuicunque deus opem fert, is ab omnibus sociis terrestribus desertus solus vel saevissimos hostes in fugam conversos dissipat contusosque suo imperio subjicit[21]). Quod autem luce clarius praepotentem dei naturam ostendit, illud est, quod lege in aeternitatem definita res, quascunque videmus, non tantum procreat sed etiam conservat neque unquam ab ordine diligentissime constituto recedit. Quid? quod talem effinxit hominem, ut quid honestum vel turpe sit, per se ipse sentiat, ut conscientia vel scelerum excrucietur, vel bene factorum illa animi tranquillitate perfundatur, unde efficitur vita beata. Quem quidem recti et pravi sensum tam firmiter hominibus ingenuit, ut concilia, quas civitates appellant, constituerent, constituta comprimendis scelestis, bonis remunerandis tuerentur. Quae quidem omnia tanta sunt, tamque mira, ut non pluris aestimandum sit prodigium, si deus hominem atque adeo totum populum praeter legem naturalem semper servatam subito ex uno loco sublatum in alterum transferret vel remotissimum[22]). Nihilo tamen minus sunt quaedam, quae casu eveniant. Sunt illa minuta et leviora, quae casu accidere deus, qui tantum graviora curat et majora, patitur[23]). Quoniam lex illa per omnes res pari modo diffusa ex summo numine emanat, facile probari potest, praeditum esse deum virtute, ex qua omnia animadvertat atque provideat. Neque omnino summa potestas cogitatur, nisi addita summa providentia. Utque non manuum indiget deus ad procreanda

et efficienda, quaecunque vult, ita ei non opus est neque auribus neque oculis ad animadvertenda, quae homines moliantur. Deus, quanquam in longinquis regionibus aetheriis habitat neque adest iis, quae ab hominibus geruntur, tamen omnes res plane cognovit atque perspectas habet[24]). Neque tantum non ignorat, quae faciunt homines, sed etiam explorata habet, quae secum animo volvunt. Non enim deo satis fit, quum quis puris quidem manibus, sed animo libidinibus inquinato ad sacrum faciendum accedit[25]); non magis, quam si quis jurejurando aliud promittit, aliud animo sentit[26]). Externa decori et honesti specie homines decipi possunt, non potest deus, quia omnino intimos animi velut recessus cernit atque novit. Jam quum deus hominum causis dijudicatis justissime vel ex improbis poenas exigat vel bonos praemiis afficiat, fieri non potest, quin longissimam rerum gestarum seriem mente comprehendat, h. e. tempora et praeterita et praesentia et futura perlustrata et intellecta habeat. Clarissima cognitionis scientiaeque deus ornatus est luce[27]), cujus si aliquot duntaxat radii hominis animum illustrant, et ipse perspicit „quo sata sit mens ortu, quae causa mali, cui coelicolarum rite litando requiem sit habere laborum“. — Idem deus est sapientissimus[28]). Ejus sapientia immane quantum hominum sapientiam superat[29]); neque, quibus consiliis administret deus mundum, quisquam mortalis homo detexit, neque unquam deteget[30]), quin quo quis est sapientior, ut captus est hominum, quo magis in rebus obscuris et difficilibus versatus, eo magis sentiet, quanto inferior sit deo mens humana[31]). — Quae quum ita sint, stultissimum est, res futuras, quas occultas hominibus ignotasque esse dei sapientia jussit, cognoscere velle[32]). Namque illa futura explorandi arte, quamtumvis jactetur ad homines alliciendos et ad lucrum faciendum, si non malignius, certe fallacius non potest inveniri quidquam, neque omnino vere bonum est, quod homines invitis diis sive mactata hostia sive augurio petunt[33]). Quid igitur restat? nihil aliud, nisi ut, omissis negotiis supervacaneis, omnem spem in deo ponas[34]), idque unum perfugium habeas in miseriis humanis[35]), quae quo majores sunt, eo propius est dei auxilium[36]). Itaque noli quaerere sublimiora neve te elatius gerere, immo docilem te praebe sapientioribus, qui meliora possint docere. Tum eo magis animo tranquillo et pacato vives, quum probe scias, eundem deum esse justissimum[37]). Nam quo modo fieri possit, ut, qui deus legem juris et justitiae hominum animis ingeneraverit, injuriarum culpam sustineat[38]). Ubique illam legem, quae si deleretur, omnia dilaberentur, diligentissime servat[39]). Exaudit justorum hominum preces, adjuvat eos non tantum contra singulos adversarios[40]), sed contra totas gentes, quae injusti amore ductae nefaria bella suscipiunt[41]); remuneratur eos, qui dei colentes fuerunt[42]), qui pietatem fidemque erga amicos servarunt, in omni re modestiam exercuerunt, abstinuerunt ab injusto lucro, neque majores opes quaesiverunt, qui denique repudiatis litteris interioribus et reconditis, quae carerent justitia, non recusaverunt pro patria ipsam mortem subire, compensat, inquam, virtutes, idque non sola recti conscientia, quae et ipsa beatam vitam efficere potest, sed etiam honoribus, opibus, amicis, omni rerum secundarum genere. Rursus, qui superbia elati leges et divinas et humanas violant[43]), infrenata lingua omnibus contumeliis deum vexant[44]), perjurio mortem vitare student, aut carcerem, aut tristia belli mala[45]), qui cupiditatibus ducti, neglectis et amicitiis et hospitiis omne fas nefasque permiscent et abrepti injusti lucri studio pessima quaeque facinora perpetrant[46]), hiscine tu censes lenem fore ac mitem judicem deum[47])? immo maximis eos suppliciis afficiet[48]); nam profecto minus sapiens esset deus quam mortales, si aequitati et justitiae nimiam lenitatem anteponeret. Et ut omnia ex illorum voluntate eveniant, suapte natura felices esse non possunt[49]). Ea enim est vis malorum hominum conscientiae, ut quantumvis glorientur opibus, honoribus, quibuslibet bonis fragilibus, in summa omnium rerum abundantia saevissimis animi morsibus excrucientur et, dum

speciem beatae vitae prae se ferunt, revera vivant miserrimi[50]). Verumenimvero quoties accidit, ut homines omnibus virtutibus exornati infelices sint, felices sceleribus et libidinibus obruti[51]), ut prorsus res humanas deus negligere videatur[52])! Res ita se habet. Sed primum illud considerandum. Si homines totam rerum gestarum seriem aeque ac deus comprehendere et animorum tamquam intimos recessus pervestigare possent, rectius bonos a malis internoscerent; nam non semper, qui videntur, boni aut mali sunt; deinde qui hodie felices praedicantur, non item cras erunt[53]); est enim divinae justitiae, tacito lentoque gressu sceleratos sequi[54]), poenae gravitate tarditatem suam compensare[55]). Nullum omnino scelus in aeternum deus impunitum feret[56]) et aliquando tandem non de iis solis, qui peccarunt, supplicia sumet[57]), sed de iis quoque, qui se malis hominibus adjunxerint vel sub eodem tecto degerint; eo enim ipso, quod malorum consuetudine utuntur, demonstrant se ad vitium inclinare atque adeo jam infectos amare peccata[58]). Quo diutius autem ira dei cessaverat, quoque minus homo sceleratus poenam justam ac debitam speraverat, eo gravius acerbiusque affligitur calamitate divinitus immissa[59]). Tum multa et acerba, quae in hominum vita reperiuntur, ex prioribus peccatis nata sunt et effecta[60]), quae ad expiationem quandam patienter ferenda sunt[61]). Denique qui magnis animi facultatibus praediti sunt, eos multo magis cum rebus adversis luctari voluit deus sapientissimus, quam homines plebejos[62]). Ut in universum vires viribus excitantur, ita illis, qui virtutibus praestant, multi ex invidia exsistunt adversarii, quibus feliciter superatis clarior virtus eluceat et majoribus praemiis digna videatur[63]). Postremo finge, hominibus, dum vivant, non referri gratiam, certe post mortem deus justissimus tum bonos remunerabitur praemiis tum malos poenis afficiet[64]). Nonnunquam ne spatium quidem datur vel praemiorum vel poenarum, quia homines ipsa morte vel magnopere peccant vel immortaliter de aliis merentur, ut si quis amore patriae ductus fortissime pugnans in proelio cadit. Illi quidem, quum in aethera redierint post mortem, factorum suorum mercedem ferent[65]).

Eundem deum statuat Euripides oportet integerrimum et sanctissimum[66]). Nullae unquam in deum cupiditates cadunt. Quomodo ira incitatus deus abripi possit ad temeritatem, quum justissimus sit atque sapientissimus? Justitia eum prohibet, quominus malitiae vel crudelitati cedens quemquam pessumdet hominum. Ebriositati autem turpi deditum esse deum, qui affirmet, dicat necesse est, eum adhaerere corpori et indigere omnium rerum, quae hominibus ad vitam sustentandam necessariae videantur. Neque magis naturae divinae conveniunt avaritia, ambitio, imperii cupiditas, similia[67]). Jam qui deum amoribus implicari vult, libidinibus indulgere[68]), ut quemlibet mollissimum, adeo ut in certamina cum hominibus descendat et ad injurias iis inferendas impellatur, idem facile ab se impetrabit, ut dicat, mentem divinam omnino nihil differre ab imbecillitate et vitiositate humana[69]). Deus ab omni concretione mortali segregatus obscoenas incestasque cogitationes, non dico facta, detestatur maxime[70]) et tantum abest, ut unquam malorum hominum consuetudine inquinetur, ut eadem immutabili luce in aeternum splendeat. Quum deus eos, qui ministeriis ejus operam dant et sacris faciundis adsunt, purget sanctosque reddat, sanctissimum et ipsum esse liquet[71]).

His virtutibus convenit, deum esse in homines benignissimum et benevolentissimum[72]). Quot et quanta bona nobis impertivit! deus effecit, ut agri omnis generis fructus gignerent et aquis coelo demissis segetes laetius crescerent[73]) et homines calore solis laboribusque defatigati reficerentur[74]) largitus nobis est corporum tuendorum causa vestitus, perfugia fecit ad defendendas calorum frigorumque molestias, navigandi artem docuit[75]), ut commerciis conjungeremur atque, quo nihil est praestabilius, animo nos instruxit[76]), ut quam maxime differremus a feris bestiis, ornavit vocibus

atque oratione[77]), ut communicaremus vel tristes vel laetos animi sensus, talesque nos finxit, ut non tantum praesentia cagnosceremus, sed etiam praeteritorum meminissemus et futura provideremus[78]). Idem deus in causa fuit, ut in rebus adversis amicos inveniremus, qui nos consolarentur et malam fortunam suum dolorem de dolore nostro testantes tolerabilem redderent[79]); denique quibuscunque fruimur bonis, ea omnia a deo optimo nos accepisse fatendum est[80]). Nihilo tamen minus reperiuntur, qui, spreta hac tanta omnium rerum, sine quibus vita omnino nulla esset, abundantia, ipso deo sapientiores potentioresque sibi videantur. Non audiendi sunt ii, qui superbia commoti dicant, plus malorum esse in terra quam bonorum[81]). Ita enim deus mundum temperavit, ut etiamsi interdum homines in miserias incidunt, quas vulgo a diis iratis vel a malis geniis proficisci dicunt[82]), tamen adversae res multo compensentur secundis[83]).

Jam quae ratio dei colendi probetur Euripidi, facile dictu erit[84]). Primum quilibet homo ex ipsa natura intelligit, esse deum, a quo totus mundus administretur; quod quum intellexit, admonetur, ut inquirat, quae sit natura dei, unde ortus sit et qualis animus hominum, quid bonum, quid malum, unde quave re vita beata comparetur[85]); difficiles autem res et obscuras easque ad animi tranquillitatem nihil pertinentes, quales physici tractant, inquirere supervacaneum habebit, vel dicam periculosum[86]). Nam qui multa didicit et subtili multarum rerum doctrina excellit, is invidiam aliorum excitat, temere ad insolentiam et superbiam abducitur, neutiquam sociabilem virtuti justitiae[87]). Quae quum sit reliquarum virtutum tanquam fundamentum, a vita beata intercluditur, quippe quae nisi virtutibus non comparetur. Itaque animum attendat ad res illas divinas[88]), ne repudiet admonitores consiliariosque benevolos[89]), neve se pertinacem in melioribus spernendis ostendat[90]). Quodsi praeclaras dei virtutes cognoverit, facile sibi persuadebit, se summo numine multo esse inferiorem[91]), neque unquam a se impetrabit, ut aut in homines aut in ipsum deum immodestus inverecundusve sit[92]); semper memor erit quam incertae sint ac dubiae res secundae[93]), adversas autem res aequo animo feret[94]), neque lamentando neque cessando tempus consumet[95]), sed solius dei auxilium implorabit[96]) confidetque fore aliquando ut discriminibus liberetur[97]). Nihil non a deo incipiet[98]), persuasit enim sibi, nunquam eum, quocum deus puguet, periturum[99]), nunquam calamitates artificiis et astutia effugere conabitur[100]), neque ad desperationem perducetur[101]) neque morte voluntaria vitam finiet[102]). Hoc enim angusti est et ignavi animi[103]). Multi virtutem simulantes, ut decipiunt homines, ita decipere se posse putant deos, aliud jurejurando confirmant, aliud animo sentiunt agitantque[104]), dum videntur in alios justi esse et benevoli, revera summam injuriam inferunt[105]), deum autem se placatum habituros opinantur, si aris splendide exstructis ad sacra facienda accesserint, quae si lautis manibus abstersisque vestibus nihil non servando de caerimoniis peregerint, satis fecisse se deo existimant[106]). Ab hac ille perversitate longissime remotus omnium maxime referre putabit, quali animo res divinas peragat[107]). Non minus liber ab illa opinione, quae vel ipsum deum tollit, ex qua eo stultitiae provehuntur homines, ut fana ac templa deorum diruant, ne sepulcris quidem mortuorum parcant, denique sacrorum ruinis obruti ipsi occidant[108]), quam a superstitione, ex qua rebus levissimis terreatur, mores religionesque popularium verebitur, ita tamen ut probe sciat, suas vel tacitas, si justae sint, preces a deo maximo exaudiri[109]). Ejus leges ita servabit, ut ne tyranno quidem, si hujus voluntas dei justitiae adversetur, obsecuturus sit[110]). Nihil nisi quod sibi conducat, quodque fas sit petere, a deo sapientissimo petet. Quodcunque ex votis effecerit, id se dei auxilio effecisse putabit, ad deum omnia referet, deo summam gratiam habebit[111]). In futuris autem explorandis non importunus erit, quoniam fallacem esse et inanem omnem divinandi artem persuasum habet[112]) optimamque esse

divinationem illam sapientiam, qua quis deum imitatus excellat, qua praeter ceteros insignis fuit Theonoe[113]). —

Digressio I. De animo demisso (Demuth).

Quanquam Euripides docet, hominem, si dei excellentiam intellexerit, demisso animo esse; summo numini repugnare elatiusque se gerere, stultissimum esse, tamen illa animi demissio Euripidea non confundenda est cum Christianorum. Horum enim virtus, quae in animo demisso consistit, multo excelsior est et magnificentior, quae nisi plane cognita dei maiestate exoriri non potuit. Euripides, sicut reliqui omnes philosophi antiqui, qui ante Christum natum fuerunt, quantumvis laudibus efferat magnam dei potentiam, tamen praeter deum statuit corpora, quae aeque atque ipse deus a principio fuerint, non a deo facta vel procreata. Deus, quem putat Euripides, non est auctor et procreator rerum, sed tanquam dispositor et formator, cujus omnis potestas in regenda et conservanda rerum multitudine versetur. Christianorum deus de nihilo omnia creavit, ita ut nulla res sit, quin vitam debeat illi deo praepotenti. Quidquid de imbecillitate et infirmitate hominum ab Euripide disputatur, tamen longe differt ab iis, quae Christianorum doctrina continentur. Nos demum, qui verum deum cognovimus, penitus perspeximus, quam caducae sint et fragiles res humanae. Quare psalmista (38, 6) exclamat: Ego admodum nihil sum tecum comparatus, et apostolus (1 epist, Corinth. 4, 7): *τί δὲ ἔχεις, ὃ οὐκ ἔλαβες; εἰ δὲ καὶ ἔλαβες, τί καυχᾶσαι ὡς μὴ λαβών;* Quid? quod plus etiam nobis ille deus dedit quam vitam corporis. Eo enim amoris erga homines processit, ut, quum peccatis demersi essemus, de coelo descenderet, exutus majestate divina humanam induerit formam, nostri similis factus denique in servilem modum cruci se affigi passus sit et in omnem aeternitatem veluti fontem immortalitatis nobis aperuerit. Praeceptum erat veterum philosophorum: *γνῶθι σεαυτόν.* Tandem Christianorum deus postquam, quantum intersit inter ipsius praestantiam et fragilitatem humanam, docuit, effecit ut plane nos cognosceremus, et ostendit, quae sit nostra origo, quae conditio. Ex qua quidem cognitione virtus illa nascitur praeclara atque splendida demissi animi. Quae quum ita sint, et de virtute, quam Euripides vult demissi animi, multum detrahendum erit neque reliquae virtutes, quae ab Euripide laudantur, tanti erunt aestimandae, quanti quas Christiani illi fundamento superstruxerunt. Exempli causa afferri potest amor inimicorum, qui nisi remota omni privatae utilitatis cupiditate non tantus esset. Magno autem et excelso animo qui fieri poteris, nisi omnem spem in deo, qui nihil non valet, reposueris, summae imbecillitatis tuae conscius. Quot quantaque magnitudinis animi exempla dederint Christiani, historia sacra docet. Christianus, quo est animo demisso, solus dignus habetur laudibus, quas Stoico philosopho tribuit Seneca: „Stat rectus sub quolibet pondere, nulla illum res minorem facit, majorem nulla, nihil illi eorum, quae sunt ferenda, displicet; quidquid cadere in hominem potest, in se cecidisse non queritur, vires suas novit, vincit virtute fortunam". Summo jure ipse Schillerus Christianorum doctrinam laudans ita dicit (die Johanniter):

Religion des Kreuzes! nur du verknüpfest in Einem Kranze der Demuth und Kraft doppelte Palme zugleich![1]) —

Neque tamen ob eam rem, id quod alii de veterum virtutibus in universum affirmarunt, dixerim, virtutes, quas Euripides praedicat, esse splendida vitia. Quales sint, infra videbimus.

Digressio II. De Aethere, quem Deum Euripideum esse vult Hassius.

Hassius (l. c. p. 8 sqq.) quanquam Euripidem philosophum in universum in Anaxagorae doctrina niti concedit, tamen negat discipulum ita pendere a magistro, ut praecepta ejus ad unum omnia tanquam praescripta et decreta acceperit, accepta reddiderit; immo vero in re primaria tantam esse eorum discrepantiam, ut Euripidis philosophia jure quodam paene alia queat nominari. Anaxagoras ab initio rerum statuerat fuisse mentem (*νοῦν*)[1]), praeterque mentem materiam atque hanc, quoniam ex nihilo nihil fieri posse sicut reliquis antiquitatis philosophis, sic item Anaxagorae, placebat, esse aeternam, ut deum ipsum, et continere omnium rerum elementa. Neque magis naturam rerum et proprietatem a mente esse effectam et conformatam, sed ab omni aeternitate cum ipsis rebus fuisse conjunctam; mentis efficaciam consistere in rebus movendis, secernendis, ordinandis[2]), in qua quidem re eam circumscribi materiae necessitate (*ἀνάγκῃ*). Ita quasi duplicem causam rerum conformationis, *ἀνάγκην* et *νοῦν*, statuerat Anaxagoras, ut Aristoteles et Plato ejus doctrinae vitiositate, qua dei tanquam machinae auctoritas vehementer elevaretur, offensi sint[3]). Eandem disciplinae Anaxagoreae vitiositatem censet Hassius fortasse Euripidi quoque displicuisse, ita ut praeter aethera ullam aliam vim esse ad describendas, ordinandasque res negaret, unum Aethera animantem affirmaret mentem esse divinam et numen divinum et vim moventem[4]). Ad hanc suam sententiam confirmandam magnam locorum multitudinem Hassius congessit: Chrysip. frg. VI. Incert. trag. frg. III. b. Alex. frg. XVI., ubi illa aetheris cum terra conjunctio significatur, sicut in Melanip. frg. VI. Incert. trag. frg. CLXXVIII (aether et terra nominantur). Iphig. Aul. v. 317 (solus aether invocatur), ut Iphig. Taur. 42 sq. Incert. trag. frg. I (terra et aether). Incert. trag. frg. CLIV (aether). Hippol. v. 636 (*ἰὼ γᾶ καὶ φῶς*). Ibid. v. 979 (*Ζῆνα καὶ πέδον χθονός*). Orest. v. 1451 (*ὦ Ζεῦ καὶ γᾶ καὶ φῶς καὶ νύξ*). Medea v. 146 (*ὦ Ζεῦ καὶ γᾶ καὶ φῶς*). Electr. v. 1109 (*ἰὼ γᾶ καὶ Ζεῦ, πανδερκέτα βροτῶν*). Med. v. 56 (*γῇ τε κοὐρανῷ*). v. 1193. (*ἰὼ γᾶ τε καὶ παμφαὴς ἀκτὶς Ἀελίου*). Phoeniss. v. 1217 (*ἰὼ Ζεῦ, ἰὼ γᾶ*). v. 1221 (*φεῦ δᾶ, φεῦ δᾶ*). Jon. v. 1339 (*λαμπρᾶς αἰθέρος ἀναπτυχαί*). Alcest. v. 236 (*ἅλιε καὶ φάος ἁμέρας*)[5]). Quos praeterea commemoravit locos scriptorum posteriorum temporum, ii non possunt in hanc rem quidquam valere. Locorum autem, quos citavit ex Euripide, duplex est ratio; aut enim invocatur Aether connubio conjunctus cum Terra, aut omissa illa matrimonii imagine Aether cum Terra invocatur, vel Aether cum Sole, vel Aether cum Terra, cum Luce, cum Nocte, vel Sol solus, vel Terra sola, vel Terra cum Sole. Priores illi loci per imaginem poëtis sexcenties usurpatam sunt intelligendi. Quod enim ad res procreandas duo principia necessaria sunt, terra et aether vel coelum, quorum alterius luce et imbribus demissis fecunda redditur altera[6]), poëtae illud animalium connubium ad coelum et terram transtulerunt, non quo illos deos esse crederent, sed ut siccitate verborum evitata ornatum quendam orationi afferrent atque splendorem. Quod si nihilominus Hassius aethera pro deo habet, cur omnino negligit terram? an quod apud veteres minoris aestimatae sint feminae quam mares? Fuerunt sane inferiore loco feminae[7]); est vilior, idque ex Euripidis doctrina, terra quam aether, quippe quae ad homines procreandos partes praebeat et terrenas et fragiles et virtutis expertes; attamen sine matre nasci posse neminem, aeque ac nos perspexerant veteres[8]), neque quidquam ex sola aetheris potestate proferri videbant ipsi veteres. Scilicet amoveri vult Hassius duo Anaxagorae numina, vel unius dei, quem statuat Euripides, dignitatem augeri, quanquam ipse (p. 11. l. c.): „Verissime, inquit, duo, Aethera et Terram, invocat tanquam numina, Atherem

(o *Αἰθήρ*, *ὁ οὐρανός*), ut originis auctorem, maritum perhibens patremque omnium rerum, Terram (*ἡ γῆ*, *ἡ γαῖα*, *ἡ Δημήτηρ*) nutrimenta suppeditantem significans matrem atque nutricem". Verum, si aether deus est, dubitandum non est, quin item terra dea sit, si non bona, at mala, si non aeque potens atque aether, at proxime accedens auctoritate. At enim non sunt dii neqne aether neque terra. Sunt elementa naturae et vires praecipuae, quibus sublatis neque nasci neque crescere neque decrescere potest quidquam. Hac ratione *αἰθήρ* et *οὐρανός* et *φῶς* et *ἥλιος* et *Ζεὺς* similia sunt; eodemque jure *νὺξ* invocatur, quoniam, quaecumque videmus, vicissitudini dierum et noctium sunt subjecta[9]). Neque ideo *αἰθήρ* pro deo habendus est, quod legitur: *αἰθήρ, ὃς τάδ' ἤκουσεν σέθεν* vel: *λέξω πρὸς αἰθέρ'*; similiter nos quoque: Eine Sache der Nacht sagen, sie dem Himmel erzählen. Ceterum iisdem locis, quos citat Hassius, *αἰθήρ* regio est, ubi Jupiter versatur (Incert. trg. frg. CLIV) et Venus, sicut in mari et in terra omnia domita habet permulcetque (Hippol. v. 425) et quo efflatis animis se recipiunt homines (Incert. trag. frg. CLIV), ubi terra mater sedet (Incert. trag. frg. CLXXVIII). At pro Hassio locus gravissimus facit, quem omnium primum posuit, Incert. trag. frg. I: *ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ τόνδ' ἄπειρον αἰθέρα καὶ γῆν πέριξ ἔχονθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις*[10]); *τοῦτον νόμιζε Ζῆνα, τόνδ' ἡγοῦ θεόν.* Verum enimvero primo adspectu in verbis *ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις* agnoscimus imaginem, qua poëta usus est. Deinde nescimus, ex qua sententiarum serie illa verba desumpta sint. Quid? si verborum contextus hic sit, ut cuipiam alios deos praedicanti occurratur: „Aether est Jupiter, aether deus, qui luce sua et imbribus alimenta praebet hominibus", simili modo, quo Cyclops Ulixi, pietatis eum admonenti, dicit (in Cycl. v. 322): *ὡς τοὐμπιεῖν γε, καὶ φαγεῖν τοὐφ' ἡμέραν, Ζεὺς οὗτος ἀνθρώποισι τοῖσι σώφροσιν, Λυπεῖν δὲ μηδὲν αὐτόν.* Si revera summum deum esse aethera credidisset Euripides, profecto non ita scripsisset (Melanipp. frg. VI): *ὡς οὐρανός τε γαῖά τ' ἦν μορφὴ μία· Ἐπεὶ δ' ἐχωρίσθησαν ἀλλήλων δίχα, Τίκτουσι πάντα κἀνέδωκαν εἰς φάος, Δένδρη, πετεινά, θῆρας, οὓς θ' ἅλμη τρέφει, κ. τ. λ.* Nonne passiva forma *ἐχωρίσθησαν* demonstrat, non esse summum deum vel solum moventem aethera, nam non ipse illam separationem effecit, sed accessisse aliam vim praeter *οὐρανόν* et *γαῖαν*, fortasse *νοῦν* Anaxagoreum, qui coelum et terram sejunxerit[11]). Non videtur satis respexisse Hassius locum ex Pirithoo fabula sumptum (frg. II): *σὲ τὸν αὐτοφυῆ, τὸν ἐν αἰθερίῳ Ῥύμβῳ πάντων φύσιν ἐμπλέξανθ', ὃν περὶ μὲν φῶς, περὶ δ' ὀρφναία Νὺξ αἰολόχρως, ἄκριτός τ' ἄστρων ὄχλος ἐνδελεχῶς ἀμφιχορεύει.* Quo jure aether, si intelligendus esset, dici possit *αὐτοφυής*, qui nisi connubio junctus cum terra procreat nihil? nonne pronomini *σέ* opponuntur *πάντων φύσις*, vel *πάντα* et *φῶς* et *νύξ*? *φῶς* autem est *αἰθήρ*, ut in locis, quos Hassius commemoravit. Jam quilibet, credo, in allocutione *σὲ τὸν κ. τ. λ.* perspiciet *νοῦν* Anaxagoreum[12]) et recte Clemens Alex.: „*ἐνταῦθα*, inquit, *αὐτοφυῆ, τὸν δημιουργὸν νοῦν εἴρηκεν,*" mentem divinam sive opificem universi. Si aether deus esset, cum materia conjunctus esset[13]), sed *δεῖται ὁ θεός, εἴπερ ἔστ' ὄντως θεός, οὐδενός*[14]). (Hercul. fur. 1236). Non esse corporeum deum, demonstrant illa verba (Incert. frg. XXIII.): *α. θεὸν δὲ ποῖον εἰπέ μοι νοητέον; β. τὸν πάνθ' ὁρῶντα κ' αὐτὸν οὐχ ὁρώμενον*[15]).

Jam respicienda sunt, quae leguntur (Incert. trag. frg. CLV.):

σοὶ τῷ πάντων μεδέοντι, χοὴν,
πέλανόν τε φέρω, Ζεὺς εἴτ' Ἀΐδης
ὀνομαζόμενος στέργεις· σὺ δέ μοι
θυσίαν ἄπυρον παγκαρπείας

δέξαι πλήρη προχυθεῖσαν.
σὺ γὰρ ἔν τε θεοῖς τοῖς οὐρανίδαις
σκῆπτρον τὸ Διὸς μεταχειρίζων,
χθονίωνθ᾽ Ἅιδῃ μετέχεις ἀρχῆς·
πέμψον μὲν φῶς ψυχᾶς ἀνέρων
τοῖς βουλομένοις ἄθλους προμαθεῖν,
πόθεν ἔβλαστον, τίς ῥίζα κακῶν,
τίνα δεῖ μακάρων ἐκθυσαμένοις
εὑρεῖν μόχθων ἀνάπαυλαν.

De his satis habeo adnotasse, quae Valcken. ad hunc locum scripsit (p. 44. b.): „Non miror ista Clementis Alex. de Euripide, *ὅτι τὸν σωτῆρα αὐτὸν οὐκ εἰδὼς λέγει.* Sic enim ultima scripta sunt poëtae philosopho, ut videri quodammodo queat deum quendam desiderasse salutiferum, qui malis, quibus homines insanabilibus premebantur, aliunde non exspectandum praesentissimum afferret remedium. Invocat deum gubernatorem universi, cujus nomen sibi fatetur incognitum; quemque *ἀγνοῶν ηὐσέβησε·* huic offert frugum suarum primitias in animi grati testificationem ob benefacta: hujus in superis inferisque agnita potentia, petit ab illo supplex, ut mentes illuminare dignetur veritatis amatorum, atque hos edocere, praeter cetera, *τίνα δεῖ μακάρων κ. τ. λ.*“ Denique quae verba Euripidis suam sententiam defendere putat Hassius, ea diversa esse equidem arbitror vel maxime (Troad. v. 846 sqq.). Quorum quanquam priora ad aethera pertinere possunt, tamen reliqua quomodo ad corpus aliquod lucidum, splendidum, calidum, quantumvis sit leve ac tenue, referantur, prorsus non perspicio. Immo his verbis describitur aliquid, quod corpore caret, sub oculorum sensum minime cadens[16]). Qui omnibus et animantibus et inanimatis praeest, non tantum propter miram efficaciam nullam rem non amplectentem, sed etiam eo, quod corpore destitutus est, neque ullo loco conspicitur, vocatur *δυστόπαστος.* Ceterum *νοῦν* Anaxagoreum vocibus *νοῦς βροτῶν* significare videtur Euripides. Quoniam autem de summo deo quaestio perdifficilis est, dubitatio moveri potest, sitne deus lex illa, qua omnia fiunt, in aeternitatem constituta (*ἀνάγκη*), an mens quaedam humanae menti similis (*νοῦς*). Quae scholiastes ad verss. Euripidis adnotavit, Hartungus in hunc modum vertit: „Der in der Menschenvernunft sich offenbarende oder die allgegenwärtig waltende Vernunft (welches letztere besser ist), sei nun Zeus menschenartig (*ἀνθρωπόμορφος*), sei er Organismus (*ἀνάγκη*) der Natur, d. h. sei er eine derartige Vernunft, wie die Menschen sie besitzen oder Nichts dergleichen, sondern nur eine Analogie von unserer Vernunft.“ Jam illis versibus numen divinum designari plane diversum ab aethere, versus docet, quem illico loquentem facit poëta Menelaum: *τί δ᾽ ἔστιν, εὐχὰς ὡς ἐκαίνισας θεῶν;* „quid est, cur novos deos preceris[17])?“ Si in verbis Hecubae de aethere cogitandum esset, inepta esset Menelai interrogatio. Ceterum hac interrogatione auditorum animos ad suam de summo deo sententiam, a vulgi opinionibus prorsus recedentem, convertere vult Euripides.

Quae quum ita sint, ne paulisper quidem dubitaverim assentiri Valckenario, qui l. c. p. 36. 37: „Deorum, inquit, quales a Graecis vulgo colerentur, contemptor, Euripides unicum agnovisse deum videtur *αὐτοφυῆ*, mentem puram, aeternam atque adeo infinitam, nulliusque rei indigam: non ille, quae aliorum fuit opinio, deum mentem esse censuit, quae, materiae velut infusa, ac cum illa arcte conjuncta, hanc molem instar spiritus agitaret; sed puram et a materia longe semotam, cui materiae natura sua quiescenti et confusae mens ista divina motum indiderit atque ornatum, creatrix

coeli et terrae. Coelum autem, sive Aethera, et Terram velut duo elementa consideravit, ex quibus omnia in hoc universo nascerentur et in quae omnia, quum viderentur mori, in suum quodque, resolverentur. Sed ut carminum poëta consuleret suavitati atque ingenio elegantissimo morem gereret, veluti quodammodo *συνάρχοντας τῷ μεγίστῳ δαίμονι* omniparentes Aethera et Terram *εἰδοποιήσας* connubio junxit; suasque hic poëta *ἐρωτικός* Amori qui dicebatur partes elegantissimas adsignavit: ex hoc conjugio omnia primum enata cecinit, atque etiam nunc per hos conjuges, vernis praesertim temporibus in mutuos ruentes amplexus, in ordine quidque suo vegetatum custodiri conservarique.“

δέξαι πλήρη προχυθεῖσαν.
σὺ γὰρ ἔν τε θεοῖς τοῖς οὐρανίδαις
σκῆπτρον τὸ Διὸς μεταχειρίζων,
χθονίωνθ᾽ Ἅιδῃ μετέχεις ἀρχῆς·
πέμψον μὲν φῶς ψυχᾶς ἀνέρων
τοῖς βουλομένοις ἄθλους προμαθεῖν,
πόθεν ἔβλαστον, τίς ῥίζα κακῶν,
τίνα δεῖ μακάρων ἐκθυσαμένοις
εὑρεῖν μόχθων ἀνάπαυλαν.

De his satis habeo adnotasse, quae Valcken. ad hunc locum scripsit (p. 44. b.): „Non miror ista Clementis Alex. de Euripide, ὅτι τὸν σωτῆρα αὐτὸν οὐκ εἰδὼς λέγει. Sic enim ultima scripta sunt poëtae philosopho, ut videri quodammodo queat deum quendam desiderasse salutiferum, qui malis, quibus homines insanabilibus premebantur, aliunde non exspectandum praesentissimum afferret remedium. Invocat deum gubernatorem universi, cujus nomen sibi fatetur incognitum; quemque ἀγνοῶν ηὐσέβησε· huic offert frugum suarum primitias in animi grati testificationem ob benefacta: hujus in superis inferisque agnita potentia, petit ab illo supplex, ut mentes illuminare dignetur veritatis amatorum, atque hos edocere, praeter cetera, τίνα δεῖ μακάρων κ. τ. λ." Denique quae verba Euripidis suam sententiam defendere putat Hassius, ea diversa esse equidem arbitror vel maxime (Troad. v. 846 sqq.). Quorum quanquam priora ad aethera pertinere possunt, tamen reliqua quomodo ad corpus aliquod lucidum, splendidum, calidum, quantumvis sit leve ac tenue, referantur, prorsus non perspicio. Immo his verbis describitur aliquid, quod corpore caret, sub oculorum sensum minime cadens [16]). Qui omnibus et animantibus et inanimatis praeest, non tantum propter miram efficaciam nullam rem non amplectentem, sed etiam eo, quod corpore destitutus est, neque ullo loco conspicitur, vocatur δυστόπαστος. Ceterum νοῦν Anaxagoreum vocibus νοῦς βροτῶν significare videtur Euripides. Quoniam autem de summo deo quaestio perdifficilis est, dubitatio moveri potest, sitne deus lex illa, qua omnia fiunt, in aeternitatem constituta (ἀνάγκη), an mens quaedam humanae menti similis (νοῦς). Quae scholiastes ad verss. Euripidis adnotavit, Hartungus in hunc modum vertit: „Der in der Menschenvernunft sich offenbarende oder die allgegenwärtig waltende Vernunft (welches letztere besser ist), sei nun Zeus menschenartig (ἀνθρωπόμορφος), sei er Organismus (ἀνάγκη) der Natur, d. h. sei er eine derartige Vernunft, wie die Menschen sie besitzen oder Nichts dergleichen, sondern nur eine Analogie von unserer Vernunft." Jam illis versibus numen divinum designari plane diversum ab aethere, versus docet, quem illico loquentem facit poëta Menelaum: τί δ᾽ἔστιν, εὐχὰς ὡς ἐκαίνισας θεῶν; „quid est, cur novos deos preceris [17])?" Si in verbis Hecubae de aethere cogitandum esset, inepta esset Menelai interrogatio. Ceterum hac interrogatione auditorum animos ad suam de summo deo sententiam, a vulgi opinionibus prorsus recedentem, convertere vult Euripides.

Quae quum ita sint, ne paulisper quidem dubitaverim assentiri Valckenario, qui l. c. p. 36. 37: „Deorum, inquit, quales a Graecis vulgo colerentur, contemptor, Euripides unicum agnovisse deum videtur αὐτοφυῆ, mentem puram, aeternam atque adeo infinitam, nulliusque rei indigam: non ille, quae aliorum fuit opinio, deum mentem esse censuit, quae, materiae velut infusa, ac cum illa arcte conjuncta, hanc molem instar spiritus agitaret; sed puram et a materia longe semotam, cui materiae natura sua quiescenti et confusae mens ista divina motum indiderit atque ornatum, creatrix

coeli et terrae. Coelum autem, sive Aethera, et Terram velut duo elementa consideravit, ex quibus omnia in hoc universo nascerentur et in quae omnia, quum viderentur mori, in suum quodque, resolverentur. Sed ut carminum poëta consuleret suavitati atque ingenio elegantissimo morem gereret, veluti quodammodo συνάρχοντας τῷ μεγίστῳ δαίμονι omniparentes Aethera et Terram εἰδοποιήσας connubio junxit; suasque hic poëta ἐρωτικός Amori qui dicebatur partes elegantissimas adsignavit: ex hoc conjugio omnia primum enata cecinit, atque etiam nunc per hos conjuges, vernis praesertim temporibus in mutuos ruentes amplexus, in ordine quidque suo vegetatum custodiri conservarique."

Adnotationes.

Prooemium.

1) Hassius in programmate scholae Parthenopolitanae p. 4. parentes tragici non ignobili fuisse loco, verisimile quidem, sed minus certum esse, affirmat, lectorem revocans ad Piers. ad Moer. p. 7 et ad Barnes. in commentario, quem scripsit de Euripidis vita, p. 2.

2) Aristoph. Nub. schol.

3) v. C. Valckenari diatribe in Euripidis perditorum dramatum reliquias. Lugduni Batavorum. 1767. p. 25. c. „ingenio quoque moribusque praeceptori discipulum suspicor simillimum fuisse. Utriusque lineamenta duci forte possent nonnulla: hic satis erit unum attigisse. De Anaxagora Aelian. Var. Hist. VIII. 13. *Ἀναξαγόραν φασὶ μὴ γελῶντά ποτε ὀφθῆναι, μηδὲ μειδιῶντα τὴν ἀρχήν.* duo ipsius discipuli, ingenia capitalia, Pericles et Euripides, etiam fuisse feruntur *ἀγέλαστοι*. De Tragico testis est apud Aul. Gell. (Noct. Att. XV, 20). Alexander Aetolus: *Ὁ δ' Ἀναξαγόρου τρόφιμος χαιοῦ στρυφνὸς μὲν ἔμοιγε προσειπεῖν, καὶ μισογέλως καὶ τωθάζειν οὐδὲ παρ' οἶνον μεμαθηκώς* — viri optimi Anaxagorae, quem constat omnia postposuisse dicendi quaerendique divinae delectationi, imago Euripidis animo, ni fallor, observabatur, dum philosophi nobis Physici laudes caneret et Geometrae in versibus, quos ex incerto dramate servavit Clem. Alex. Strom. IV. p. 634. D." id. l. c. p. 28: „In Anaxagorae schola ejusque exemplo didicerat Euripides, praemeditatione futurorum malorum lenire eorum adventum: hoc in vita quotidiana perutile monitum a viro se didicisse sapiente sub Thesei persona testatus in scena, Anaxagoram Atticis spectatoribus notissimum designavit."

4) Euripides familiarissimus fuit Socrati, nobilissimo aetatis viro, eidemque Anaxagorae discipulo. Aelianus (Var. Hist. II, 13.) tradit, Socratem, aliorum poëtarum consuetudine abstinentem uno Euripide propter philosophiae studium usum fuisse. cfr. Valck. l. c. p. 14 et 25: „Singulae propemodum Euripidis *γνῶμαι* nobis monstrant, quod et aliunde noveramus, in Socratis illum exercitum fuisse palaestra." Clem. Alex. in Protrept. p. 65, 12. Euripidem *ἄξιον ὡς ἀληθῶς Σωκρατικῆς διατριβῆς* nominat. — Quinctil. (X, 1, 68.) hoc judicium de Euripide fecit: „is in sermone magis accedit oratorio generi, et sententiis densus, et in iis quae a sapientibus tradita sunt, paene ipsis par etc."

5) Suid. in Eurip.: *ἐπὶ τραγῳδίαν δὲ ἐτράπη τὸν Ἀναξαγόραν ἰδὼν ὑποστάντα κινδύνους, δι' ἅπερ εἰσῆξε δόγματα;* cfr.: disputatio de Euripide philosopho, auctore J. A. Schneither. Groningae. pag. 9. sq. — Ipse Aristophanes in Ranis Euripidem facit dicentem, poëtae consilium esse, admonitionibus hominum mores corrigere. Vid. Wissowa. in program. Leobschütz. 1830. pag. 20. Aristoph. v. 1057 (ed. Dindorf.).

6) v. Anaxagorae Clazomenii fragmenta, quae supersunt, omnia illustr. Schaubach. Lipsiae. 1827. frg. 24. pag. 139: *τόν ἥλιον εἶναι μύδρον διάπυρον;* cfr. Eurip. Phaëth. frg. I. (ed. Matthiae). Diog. Laërt. II, 10.

7) Schneith. l. l. p. 10. cfr. E. Müller: Euripides deorum popularium contemptor. 1826. Vratisl. Vid. infra.

8) Summa enim in ipsis versibus cautio Euripidi adhibenda erat, siquidem vel Aeschyli exemplum maxime pronos esse Athenienses ad poëtam impietatis accusandum et ad puniendum docuerat. Non enim supplicium effugisset Aeschylus, nisi frater Aminias, qui in pugna Salaminia acerrime pugnans altero brachio mutilatus fuerat, vulneribus suis judices ad misericordiam permovisset. vid. Aelian. Var. Hist. V. 19. Clem. Alex. Strom. II. p. 387 A.

9) Sic servus Menelai in Helena; sic nutrix Phaedrae in Hippolyt.

10) Hippolyt v. 228—44.

11) Ex his nominandus est A. G. Schlegelius in libro: Vorlesungen über dramatische Kunst und Litteratur. Liceat locos ab Hassio commemoratos afferre: p. I. p. 198: „Er war ein unendlich sinnreicher Kopf, in den mannigfaltigsten Künsten der Geister gewandt; aber einer Fülle von glänzenden und liebenswürdigen Eigenschaften stand bei ihm nicht der erhabene Ernst des Gemüthes, noch die strenge, künstlerische Weisheit ordnend vor, die wir am Aeschylus und Sophokles verehren. Er strebt immer nur zu gefallen, gleichviel durch welche Mittel. Darum ist er sich selbst so ungleich; manchmal hat er hinreissend schöne Stellen, andere Male sinkt er in wahre Gemeinheiten. Bei allen seinen Fehlern besitzt er eine wunderwürdige Leichtigkeit und einen einschmeichelnden Reiz." p. 210: „Euripides hatte die Schulen der Philosophen besucht, da setzt er denn eine Eitelkeit darein, immer auf allerlei Philosopheme anzuspielen, meines Bedünkens auf sehr unvollkommene Art, so dass man diese Lehren nicht daraus verstehen wird, wenn man sie nicht zuvor schon kennt." Non minus acerbe judicavit Munkius in libro: Geschichte der Griechischen Litteratur. Berlin. 1849. p. I. p 238: „Ein gewisser religiöser Libertinismus, den seine Personen oft zur Schau tragen, macht einen unangenehmen Eindruck, und es stört alle Illusion, wenn Helden und Halbgötter, die in täglichem Verkehr mit Göttern und Götterwesen leben, nach Sophistenart an der Existenz der Götter zweifeln oder die Thaten der Götter nach dem moralischen Massstabe der Sokratischen Zeit bekritteln u. s. w."

12) Bouterweckius in Commentat. Gotting. societ. recent. p. IV. p. 29: „morum studiosum observatorem fuisse Euripidem apparet, sed nunquam in cogitatione aliqua defixus nec veri diligens indagator sententiam modo hanc modo illam, qualis ei in mentem veniebat, talem in versibus posuit tamque parum curiosus in hoc genere fuit, ut nec trita nec futilia adspernaretur, dummodo aliquid veri iis inesse putaret."

13) Ibid. p. 10: „plura comprobant, Euripidem decreta vel non intellexisse vel de industria alterasse."

14) Ibid. p. 1. sqq. p. 9: „Certi nihil Euripides de rebus divinis statuisse ex iisdem tragoediarum ejus locis apparet, quibus nunquam sibi constans turbare religionem popularem conatus est."

15) Ibid. p. 11: „Sed quae vulgo credebantur respuens, ipse quid statueret non inveniens, fieri non potuit, quin sibimet ipsi repugnaret, quum modo, ut poëtam decet, assentiri perperam creditis, modo res novas moliri videretur."

16) Ibid. p. 20: „Consultius, puto, Euripides egisset, si rebus, quae sua natura ad rectam rationem revocari non poterant, coram populo lucem affundere non studuisset."

17) In eundem sensum Müllerus l. c. disputat.

18) Hass. p. 7: Similiter Müller. in libro s. l. — Sic Schneither. l. c. — Praeter viros, quos laudavimus, commemorandus est Wideburgus, cujus de philosophia Euripidis morali libellum (Helmstad. 1805) exiguo studio confectum esse dicit Hassius. Denique eodem tempore Parisiis commentationes de philosophia Euripidis physica et morali (cfr. Archives litteraires Nr. XV. p. 417. sq. et Nr. XVII. p. 219. sq.) prodisse, vel minima cura scriptae, dicuntur. Quorum utrumque ut inspicerem, mihi non contigit.

C. I. De rebus divinis.

§ 1. Non sunt dii, qui fabulis feruntur.

1) v. Iphig. Taur. 355. sqq. (semper secuti sumus edit. Bothii. 1825). — Troad. v. 943: *μὴ 'μαθεῖς ποίει θεάς, Τὸ σὸν κακὸν κοσμοῦσα· μὴ οὐ πείσῃς σοφούς κ. τ. λ.* Bacch. v. 26—31: quamquam Euripides sententiam, Semelam a mortali quodam compressam suum peccatum in Jovem transtulisse, Semeles sororibus attribuit, tamen eam ipsius poëtae fuisse, ex aliis locis similibus apparet. — Belleroph. fragm. XXIII.: *εἰ θεοί τι δρῶσιν αἰσχρὸν, οὐκ εἰσὶν θεοί.* Melan. frg. XII.: *οὔ σφιν (θεοῖς) πονηρόν ἐστιν.* Valcken. p. 37, b. Herc. fur. v. 1237: *ἀοίδων οἶδε δύστηνοι λόγοι.* cfr. Schneith. l. c. p. 21. sq. Iphig. Taur. v. 366: *οὐδένα γὰρ οἶμαι δαιμόνων εἶναι κακόν.*

2) Hippol. v. 112: *σοφωτέρους γὰρ δεῖ βροτῶν εἶναι θεούς.*

3) Jon. 398. sqq.

4) Orest. v. 159—61. ibid. v. 271—73. ibid. v. 399—402, ad quos verss. schol. haec: *θέλει ἐνταῦθα δεῖξαι ὁ Μενέλαος τῷ Ὀρέστῃ, ὅτι οὐχ ὁ Ἀπόλλων προσέταξεν αὐτῷ τὸν τῆς μητρὸς φόνον, ἀλλ' οἴκοθεν ἐργασάμενος τοῦτον· ἐπεὶ δὲ δυστυχεῖ, προβάλλεται τὸν Ἀπόλλωνα* sq. Ex Euripidis animo addi potest: si Apollo matricidium Orestis probasset, non tam segnis fuisset in adjuvando Oreste. — Orest. 263. ibid. v. 312—16. ibid. v. 182—84. Verbis: *δίκᾳ μεν, καλῶς δ' οὔ.* ipse chorus, cujus est, deos ab hominibus laesos defendere, Apollinem ut honesti ignarum vituperat.

5) Helen. v. 1055. sq.

6) Herc. fur. v. 1154 sqq. verbis: *Ζεὺς δ', ὅστις ὁ Ζεὺς, πολέμιόν μ' ἐγείνατο Ἥρᾳ* non necesse est statuere dubitationem inesse, utrum omnino Jupiter sit necne. De natura profecto Jovis ambigitur, ut Hercules se inclinet ad sententiam, non esse Jovem potentem illum deum, qui reliquorum coelicolarum hominumque imperium habeat. — Herc. fur. v. 1202 sqq.

7) Jon. v. 410: *τὰς ἡδονὰς γὰρ τῆς προμηθίας πάρος Σπεύδοντες ἀδικεῖτ'.* — Androm. v. 1117—21. — Iphig. Taur. v. 361 sqq. Vulgaris erat fabula, ex qua Tantalus, postquam saepe a diis ad convivium adhibitus sit, his epulas instruxerit, ut suum ipsius filium comedendum apponeret. Voluisse enim tentare deos, utrum cuncta scirent necne. Reliquos quidem deos hominis nefandum facinus sensisse, Cererem autem edisse humeri particulam Pelopis mactati. Dein mutilatum puerum a Jove, humero vel ebore vel auro resarto, esse restitutum. Aperte Euripides hanc vulgarem fabulam commutavit altera minus nota, qua omnes dii inscitia ducti carne humana oblectati sint, ut demonstraret, quam ridicula essent et improba, quae mortales de immortalibus commenti essent

8) v. adnot. 4.

9) Orest. v. 315 sqq. Ut singularum domorum focus habebatur locus sacrosanctus et tanquam praesidium ac firmamentum non tantum eorum, qui incolebant, sed etiam eorum, quicunque ad eum locum confugiebant; ita Delphi umbilicus erat terrarum et quasi sedes securitatis veritatisque, ita ut omnes civitates et sodalitates certissimum salutis perfugium judicarent Delphos. Jam ex eo loco decipi quenquam ab Apolline et deludi fallacibus oraculis, nonne summum omnium Graecorum odium movere debuit?

10) v. adnot. 7.

11) Jon. v. 445—49.

12) v. Jon. v. 398 sqq.

13) Helen. v. 1088—90. ibid. v. 17—21.

14) Jon. v. 398 sqq. ibid. v. 409: *ναοὺς τίνοντες ἀδικίας κενώσετε.* „In Solonis legibus cautum erat, ut raptus aut stupri ingenuarum convictus centum drachmis mulctaretur, nec postea Athenis crimina ista aliter quam pecunia punita sunt, nisi forte quis adulterum in facto deprehendisset.“

15) Troad. v. 792 sqq. Chorus in summam Jovis, Aurorae, ceterorum deorum vituperationem incidit, quod carissimam urbem deseruerint, funditus eam everti passi sint.

16) In vers. Troad. 937. codd. legunt: *αἱ παιδιαῖσι καὶ χλιδῇ μορφῆς πέρι Ἦλθον πρὸς Ἴδην*, quorum verborum interpretationem Seidleri Hartungus jure improbavit, sed ne scholiastae quidem explicatio, qui ea pro interrogatione habuit, ei suffecit. Ac revera Hartungi mutatio (*αἳ* in *οὐ*) multum speciei prae se fert.

17) Troad. v. 933—53. „Juno Argos barbaris divenditura fuisse dicitur, Minerva Athenas Phrygibus subjectura, si pulchritudinis palmam a Paride tulisset.“ Ita Euripides fabulam in suam rem commutavit, ut dearum perversitatis invidiam redderet majorem. Aliis enim fabularum auctoribus satis fuit commemorasse, Junonem Paridem pro venustatis palma potentissimum orbis terrarum regem reddere voluisse, Minervam omnibus artibus litterisque doctissimum exercitatissimumque.

18) v. adnot. 1.

19) v. adnot. 1.

20) v. Jon. v. 398 sqq. — Schneith. p. 23. Sic apud Terentium (Eunuch. III. 5) Chaerea Jovis maximi exemplum secutus alacri animo puellam violare constituit.

21) v. Herc. fur. v. 1202 sqq.

22) v. Herc. fur. v. 1198—1201.

23) v. Herc. fur. v. 1194—98.

24) cfr. adnot. 20.

25) v. adnot. 20.

26) v. Electr. v. 674: Exigua fides narrationi habenda est, qua propter hominum scelera sol de medio coelo ad meridiem recesserit et iter ab occidente ad orientem ingressus sit, dum contrarium cursum reliqua sidera tenerent.

27) v. adnot. 1.

28) v. Jon. v. 1409—13. ibid. v. 300 sqq.: *ἀνδρὸς ἀδικίαν αἰσχύνεται.*

29) v. Herc. fur. 1232—37. — Iphig. Aul. v. 700 sqq. v. 702: *εἶτ' ἐν δέλτοις Πιερίσιν μῦθοι τάδ' ἐς ἀνθρώπους Ἤνεγκαν παρὰ καιρὸν ἄλλως.*

30) v. Herc. fur. 1202 sqq. ibid. 1232—37.

31) v. adnot. 29 et 30.

32) v. Jon. v. 482: Joni affirmanti, se terrae esse filium, Xuthus obloquitur, nunquam ex terra homines gigni. Cujus sententiae gravitas quamvis eo imminui videatur, quod Xuthum omni modo Joni, eum suum esse filium, persuadere velle videmus, tamen ex Euripidis animo illam enuntiatam esse perspiciemus, quum ex aliis locis poëtam censere appareat, corpora tantum terrae deberi ab hominibus, meliorem habere originem animos. — Herc. fur. v. 1154 sqq.: Hercules negat, se Jovis esse filium, verum suum patrem esse Amphitryonem affirmat. — v. Valcken. l. c. p. 37, b.: „his (quae protulit Euripides de diis commentitiis) homines eruditi inter Christianos quibusdam commode sunt usi, ad deos istos nihili Gentilis poëtae verbis irridendos, eorum cultores velut testimoniis domesticis confutandos.“ — Orest. v. 5: *Διὸς πεφυκὼς ὥς λέγουσι, Τάνταλος.* Non adjecisset Euripides: *ὥς λέγουσι*, si non dubitasset de divina Tantali origine. Helen. v. 17 sqq.: verba: *εἰ σαφὴς οὗτος λόγος* et: *ἔστι δὲ δὴ λόγος τις* indicant de veritate rei Euripidem dubitare.

33) v. adnot. 1. v. Herc. fur. v. 1202. Herc. fur. 1232—37. Iphig. Aul. v. 700 sqq.

34) Ubi poëtae partes servandas sibi existimat Euripides, ut in Orest. v. 973 sqq., in fabula deperdita, in Cretensibus (cfr. Hartung. in annot. Orest. l. l.), rem ita proponit, ac si quum Thyestes peccasset, tum demum siderum cursus mutatus esset; ubi vero poëtae personam se exuere posse putat, numen divinum negat a se impetrasse, ut leges, quibus initio res ordinasset, prorsus contra naturam mutaret, mutatis in perpetuum hominum genus puniret. Ceterum fabula, qua Euripides aliique poëtae usi sunt, mores hominum vim exercère maximam in naturae leges, in opinione humana nititur, quae est vetustissima. Nam inde a primis temporibus crediderunt, hominum pravitatem efficere, ut leges naturae plane mutarentur, ut sidera de cursu suo deflecterent, ut magnus tota natura exardesceret tumultus. Si bellis homines et fame et peste laborarent, divinum numen ea mala terris immitere, ut ostenderet, quanta ira ob hominum vitiositatem esset exacerbatum atque moneret, ut vita hominum corrigeretur et mores emendarentur. Neque vero nostra memoria sublata est opinio, cometis, agrorum sterilitate, aliis vel coeli vel terrae portentis homines converti debere ad perversitatem deponendam.

35) Haec exponentem poëtam de inusitatis, quae oriuntur e coelo, de globis igneis, de planetis cogitasse, verisimile est (v. Hartung ad v. 7. Orest.)

36) *Βάκχος* idem quod *Ἴακχος*, quo nomine deus in mysteriis appellabatur, cujus vocis stirps *Ἰὰ* sonus. Ejusdem generis sunt *Βρόμιος*, *Εὔιος*.

37) Non tantum in Helena, sed etiam in Bacchis (v. 233), ubi *Δημήτηρ* eadem quae *Γῆ* vel *Κυβέλη*. Hanc *Γῆν* esse, jam Sophocles (Phil. 391.) dixit.

38) Itaque Euripidi *Δημήτηρ* est *Δᾶ-Γῆ-μήτηρ;* ergo vocis originem non explicat: *δήμου μήτηρ.*

39) Idem fecerat Aeschylus.

40) Cfr. Müller. cfr. Anaxag. fragm. ed. Schaubach. p. 162. sq., ubi complures veterum loci afferuntur.

41) Quae vox quum originem ducat a *λήθεσθαι*, *ἀλάστωρ* et is esse potest, qui non obliviscitur et is, qui non abit in oblivionem.

42) In Troad. v. 741. sqq. Helena nata est ex invidia, ex caede vel omnino ex *ἀλάστορος*. l. l. v. 903. *ἀλάστωρ* et Paris idem est, in quem omnem culpam transfert, quem invita secuta sit.

43) Complures locos Müller. l. l. pag. 44. sqq. collegit.

44) v. Bacch. v. 88; Electr. v. 1171. Peleus fragm. 2. Itaque in voce *θεά* Orest. v. 12. perverse interpretes de Parca Clotho cogitasse jure affirmat Hartung. in annot. Orest. v. 12 et scholiastae auctoritatem secutus fortasse recte v. 13 pro *Ἔριν-Ἔρις* legendum esse statuit.

45) v. Iphig. Aul. v. 473 sq.

46) Cfr. Electr. v. 372. Helen. v. 696. sqq. Iphig. Aul. v. 859. Iphig. Taur. v. 521. sq. v. 671. Prorsus diversam a plebejis vatibus facit poëta in Helen. Theonoën vera praedicentem. Sed primum Euripides poëta probe distinguendus est ab Euripide philosopho. Deinde Theonoën eam fingit, quae in summa vitae integritate et sanctitate nihil nisi illud agit, ut res divinas investiget, quae ab omni hominum strepitu remota, libera a cupiditate lucri, divino spiritu impulsa prospiciat futura atque aperiat. Ob eam rem ei poëta, ut sacerdotibus Cretensibus sententias tribuit maxime reconditas atque subtiles. Quod sicubi verum vatem praedicat Apollinem, hominum vaticinia nihili aestimanda esse confirmans, Theonoë eadam qui Apollo videri potest, utpote quae dei consilia cognita et perspecta habeat. Cfr. Hartung. annot. v. 599 Helena.

47) Cfr. Hart. l. l. in annot.

48) Hartungus in prooemio ad Hercul. p. 1. ita disputat. Euripides konnte als Dichter der Mythe nicht entbehren und hat sich auch von Seiten seiner philosophischen Erkenntniss nicht veranlasst gefunden, sie unbedingt

zu verwerfen: er konnte beides, die Mythen und die Wahrheiten der Philosophie, neben einander bestehen und ein jedes in der ihm gebürenden Sphäre walten lassen. Er war keiner von den modernen Fieigeistern, die Alles mit Stumpf und Stiel auszurotten sich gedrungen fühlen, was vor der Prüfung des nüchternen Verstandes nicht zu bestehen vermag: vielmehr mochte er auch die Rechte des Gemüthes und der Phantasie anerkennen und musste es als Dichter, der durch die Schätze dieser Seelenkräfte von Jugend auf genährt war. Lernen wir daher von ihm, wie man die beiderseitigen Besitzthümer neben einander bestehen und gelten lassen kann, ohne die einen in die andern aufzulösen, woraus immer nur verderbliche Einseitigkeit entsteht, die sodann über kurz oder lang in das Gegentheil überzuspringen pflegt: lernen wir ferner von ihm, wie man das Ueberlieferte aufrichtig achten und lieben kann, auch wenn uns eine geläuterte Erkenntniss dasselbe zu beschränken und zu berichtigen gelehrt hat. Cfr. Hartung. ad Jon. v. 398. similiter Schneither. l. c. p. 31.

49) v. Bacch. v. 360 sq. vulgo verba ita leguntur: *τὸ πλῆθος ὅτι τό φαυλότερον 'Ενόμισε, χρῆται τε, τόδε τοι λέγοιμ' ἄν.* Quae Donner vertit: doch der Pöbel, behaupt' ich frei, das Schlechtere wählt er immer und vollbringt es. Sed verba sic proposita, etiamsi ex se explicari possint, tamen prioribus neutiquam conveniunt. Quare aptissime emendasse videtur Hartung. legens: *τὸ πλῆθος ὅ τι τὸ φαυλότερον 'Ενόμισε, χρηστὸν τόδε τοι λέγοιμ' ἄν.* was dem schlichtern Volk Gäng und Geb' ist, soll stets mir das Beste scheinen. Hanc equidem interpretationem probare non dubitavi.

50) v. Bacch. v. 288 sqq. Cadmus Pentheum adhortatur, ut quemadmodum reliqui cives, etiamsi non sit, esse deum Bacchum credat; honestum enim esse id mendacium totique genti gloriae, deum natum esse ex Semela. Quod Cadmi dictum ex Graecorum ratione est aestimandum. Cfr. Hartung. annot. vers. 333. Bacch. — v. Bacch. v. 158 sqq. Nihil opus est mutatione Valckenarii aliorumque: *οὐδὲν σοφιζώμεσθα*; sed verba: *οὐδὲν σοφιζόμεσθα* aliter sunt explicanda atque Herm. explicavit: „nihil argutamur cum diis.“ Sententia, quae hoc loco exigitur, haec est: nihil argutando cum diis et de diis efficimus,“ qui quidem sensus inest in verbis. v. Hartung. ad eundem versum. Etiam in v. 772 sqq. Bacch. inest sententia: „Vox populi, vox dei.“

51) Vid. supra. Quanquam sunt, qui dicant, extremo demum Periclis tempore Anaxagoram accusatum et patria expulsum esse. v. Zeller in libro: die Philosophie der Griechen, 2te Auflage I. Thl. s. v. Anaxagoras.

52) v. Garve in libro: Philosophische Anmerkungen und Abhandlungen zu Cicero's Büchern von den Pflichten. Breslau und Leipzig 1819. t. II. p. 61 sq. cfr. supra. — Nonnulli partem eorum, quae secum pugnant, tolli arbitrantur eo, quod dicunt, Euripidem posterioribus temporibus poenituisse, quod liberiora de religionibus judicia fecisset et redisse cum ad opiniones vulgo probatas, ut evitaret odium, quod philosophia sua contraxisset. Valckenar. l. l. p. 37, b. „Adversariorum calumniis et exemplis motus aliorum cautius postea mercari didicit, quodque Pindarus dicebat, *τόγε λοιδορῆσαι θεούς, ἐχθράν* esse *σοφίαν* animadvertit, insanientem sapientiam Horatio. Sic olim orsus Euripides suam Melanippen: *Ζεύς, ὅστις ἐστὶν, οὐ γὰρ οἶδα πλὴν λόγῳ κλύων.* Primo versui hunc postea substituit: *Ζεὺς ὡς λέλεκται τῆς ἀληθείας ὕπο* — correctum versum praebet Aristoph. Ran. v. 1275., adhibitum etiam Hermogeni p. 555. Priora leguntur apud Athenag. p. 23. Justin. M. p. 41. E. Luciano hinc facile restituenda. T. II. p. 689. Ad Plutarch. tom. II. p. 756. B. C. comparari poterit Theod. Canter. Var. Lect. 1, c. 25. Post obitum poëtae demum actis Bacchabus insunt Euripidis non pauca, quibus receptam civibus suis religionem videri voluit tueri; editamque fabulam a poëta, ut impietatis a se crimen amoveret, suspicabatur amicus elegantissimus S. Musgrav. Emend. in Eurip. p. 151.“ Assentitur Valckerario Schneitherus l. c., qui et ipse censet non a vero alienum videri, Euripidem Bacchas conscripsisse, ut plane se purgaret, in omne reliquum vitae tempus, impietatis nomine, ex disciplina Anaxagorae et familiaritate Socratis, dictisque in tragoediis liberioribus contractae, quod consilium sero cum cepisse, quum non nisi post mortem ejus actae videantur.

53) Plutarchus in Sylla (p. 453) Euripidem vocat *σοφόν ἄνδρα καὶ πολιτικῶν ἐπιστήμονα σοφισμάτων.* Alio loco (de glor. Athen. V.) Aeschylo tribuitur *στόμα, λογιότης* Sophocli, *σοφία* Euripidi. Ab Athenaeo (IV. 158. f. VI. 270. c. XIII. 561. a.) poëta cognominatur et scenicus philosophus et sapiens.

54) Item Barnesius in Commentario de Euripidis vita poëtam omni cogitatione curaque id egisse affirmat, ut utilitatem civibus afferret. l. c. p. 13: „Quum itaque talis tantusque vir (Anaxagoras) ob philosophiam fuerit tantopere periclitatus, illius discipulus Euripides hac re territus illico ad scenam se convertit, duodevicennis exsistens; ex quo tragoediis componendis praecipue vacavit. Non is quidem disciplinae suae veteris *λειποτάκτης* aut transfuga sed fidelissimus et constans cultor et custos; omnia enim magni magistri praecepta conservavit et secum in musarum castra intulit, adeo ut post hinc cothurnata audierit philosophia et ipse emphatice Scenicus philosophus sit dictus.“ „Et sane id sibi praecipue Euripides in omnibus fabulis suis proposuisse videtur, ut auditoribus quam maxime prod-

esset et per jucundas carminum et fabularum ambages animis eorum virtutis amorem et hujus vitae contemptum instillaret; ut omnia denique pietatis, constantiae, prudentiae et patientiae praecepta veterum heroum exemplis cohonestaret; denique optimarum sententiarum repetitionibus suis Atheniensibus inculcaret.“ — „Quidquid magnanimus ille praeceptor honorifici de Deo unquam locutus est aut sapienter de Natura, id civibus suis frequenter propinavit; nec subtimide et clanculum id fecit, sed aperte populo exhibuit salutaria moralis sapientiae dogmata, poëtice tamen dulcore emollita.“ — Cfr. Hass. l. c. p. 7. et quos citat Hassius locos: Barnes. ad Troad. v. 681: „Theon sophista notavit Euripidem, *ὅτι παρὰ καιρὸν αὐτῷ Ἑκάβη φιλοσοφεῖ.* Sed Theon nesciebat, quod Euripides prae summo moralis philosophiae studio, ut illam auribus et animis hominum instillaret, artis poëticae paulo negligentior ultro videri voluit.“ Id. ad Phoeniss. v. 549.

§ 2. De deo.

1) v. Hippolyt. v. 90. cfr. Jon. v. 398 sqq. Quamquam illo Hippolyti loco: *εἴπερ γε θνητοὶ θεῶν νόμοισι χρώμεθα*, non de Lycurgi vel de Minois legibus cogitandum est, quae ab ipsis diis hominibus datae esse dicuntur, tamen etiam hae, quoniam a lege cujusvis hominis animo indita ductae sunt, signum prae se ferunt divinae originis; cfr. Hartung. ad vers. 95. l. l. Hippolyt. v. 90. v. Sisyph. frg. I. (ed. Matth.)

2) v. Helen. v. 937—52. Hecub. v. 759 sq. cfr. Müller. l. l. p. 47. cfr. Cic. de legg. II, c. 12.

3) Incert. tragoed. (ed. Matth.) CLVIII. cfr. Valcken. p. 41 et 42.

4) Eodem fere modo sed copiosius disputat: nat. deor. II. c. 36—46.

5) Müller. p. 47. l. c. affert locum Plat. Gorg. 484, b. *νόμος ὁ πάντων βασιλεὺς θνατῶν τε καὶ ἀθανάτων* ex Pindaro.

6) Müllerus censet, Euripidem in hac doctrina probabiliter secutum esse Heraclitum, qui mentem divinam, omnia gubernantem maximi fecerit, neque merum esse commentum, Euripidem studiose Heracliti scripta legisse v. Müller l. l. p. 47. Excogitaverint sane ante Anaxagoram alii philosophi illam de mente et de corporibus doctrinam, excogitatam certe acceptamque magis excoluit Anaxagoras. cfr.: Ritter, Geschichte der Philosophie. 1. Thl. p. 292. 298 sq. 302. cfr. Pauly lexic. s. v. Anaxagorae. Quamquam Cicero (de nat. deor. I, 11) aperte: „Anaxagoras primus, inquit, omnium rerum descriptionem et modum mentis infinitae vi ac ratione desiguari et confici voluit“, Valcken. p. 45. — Müller. p. 48. — cfr. infra de Aethere deo Hassii.

7) Fragm. Eurip. apud Valcken. l. c. p. 41. Non magis animum hominis oculis videmus, neque tamen eum esse infitias imus, quia praeclaras ejus vires animadvertimus et, quae sua sagacitate efficit, admiramur. cfr. Cic. Tuscul. I. c. 27. 28.

8) Cfr. Hercul. fur. v. 1232—36.

9) v. fragm. Eurip. apud Valcken. l. c. p. 42.:

Ποῖος δ' ἂν οἶκος, τεκτόνων πλασθεὶς ὕπο,
Δέμας τὸ θεῖον περιβάλοι τοίχων πτυχαῖς;

His versibus Schneitherus adjicit haec (p. 26. l. l.): „Cui non haec legenti statim cogitatio subit convenientiae, quae inter hos versus et nobilissimum illud sacrae scripturae effatum intercedit, quod iisdem fere verbis conceptum est. *'Ο οὐρανός μοι θρόνος, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου: ποῖον οἶκον οἰκοδομήσετέ μοι, λέγει κύριος* (v. Jesaia LXVI. et Act. apost. VII. 49.). Profecto minuitur miratio, qua videmus Patres Ecclesiae, ex antiquis scriptoribus eruere voluisse vaticinia de Christiana fide (sic Clemens, ex fragmento a Valcken p. 43. allato effici dicit Euripidem se ipsum latens (latentem), deum patrem et filium celebrasse), si apud eos sententias invenimus, quae Christianum ornarent, si illas protulisset. Confici mihi videtur, Euripidem puras de divina natura habuisse opiniones, easque, magnam partem, ex Anaxagorae disciplina hausisse.“ Cfr. Ritter. l. c. p. 302. Dub. fragm. XVIII.

'Οξὺς θεῶν ὀφθαλμὸς ἐς τὰ πάντ' ἰδεῖν.
"Εσθ', ὡς ἔοικεν, ἔστιν οὐχ ὁρώμενον
Τοῖς ζῶσιν ἡμῖν, οὐδὲ προσδοκώμενον
Δαιμόνιον, ᾧ μέλει τὰ τοῦ θνητοῦ βίου.' —

v. Sisyph. frg. I. Incert. fragm. XXIII. — Phrix. frg. VIII.: Nihil deos fugit eorum, quae homines injuste faciunt.

10) v. Helen. 1554. Troad. 926. cfr. Helen. v. 1083 sqq.: Deo majorem esse velle stultissimum est. Hercul. fur. v. 688 sqq. ibid. v. 610 sqq. et Hartung. ad hunc locum. Iphig. Taur. v. 1378., ubi *τὸ χρεών* idem quod *ἀνάγκη*; haec autem arcte cum deo cohaeret. Fatum (*μοῖρα, αἶσα, ἀνάγκη, χρεών*) apud Euripidem plerumque est lex immutabilis et constans, cui ne qua fraus fiat, dii vel solus Jupiter curat. Interdum fatum Euripideum

idem fere quod Aeschyli aut Sophoclis aut Homeri, ita ut summi numinis notio insit; v. Schneitherus l. c. p. 50. sqq.

11) v. Helen. v. 662.—66: Ceterum hoc loco fortuna (τύχη) non in sua est potestate, sed pendet ex deo, ita ut deus fortunam aut bonam aut malam reddat. cfr. Heracl. v. 595—602.: ubi μοῖρα idem quod deus et μόρσιμα ea sunt, quae a diis mortalibus immittuntur.

12) v. Troad. v. 585. cfr. Horat. Od. I, 34, 12, sqq. Heracl. v. 595. sqq. Iphig. Taur. v. 1378. Troad. v. 846 sqq. Bacch. v. 337. sqq. Helen. v. 662. sq.: ὁ θεὸς ὡς ἔφυ τι ποικίλον καὶ δυστέκμαρτον! Hercul. fur. v. 610. cfr. Hartung. ad. h. l. v. 688. 1232. Müller. l. c. p. 44. sq. Valcken. p. 39. 43. 45. cfr. Ritter. l. l. p. 298. sq. — Orest. v. 1502. sq.: quemcunque vult, rebus humanis finem imponit deus. Hecub. v. 463. sqq.: tam obscura et occulta saepe nobis sunt dei consilia, ut casu omnia evenire videantur. Ibid. v. 681. sq. Hippolyt. v. 1056. sqq. Quinque versus: πολλαὶ μορφαὶ τῶν δαιμονίων· πολλὰ δ' ἀέλπτως κραίνουσιν θεοί sqq., qui in extremis tragoediis, Androm., Bacch., Helen., Alcest. ad verbum repetuntur, redeunt in Medea ita, ut primus versus mutatus sit in versum: πολλῶν ταμίας Ζεὺς ἐν Ὀλύμπῳ sqq., quamquam et ipsi multarum rerum inexspectatum eventum significant et ex Euripidis animo scripti sunt, tamen a compluribus interpretibus pro adulterinis habentur. — Iphig. Taur. v. 426—29. Supplic. v. 718—20. Iphig. Aul. v. 1460 sq. Helen. v. 616. Hercul. fur. v. 795. Electr. v. 823. Alex. frg. XX. Andromed. frg. XVI.

13) Hinc apud Aristophanem: „Der Aether, Zeus' Lusthäuslein."

14) v. Bacch. v. 340 sq. Melanip. frg. VII. — Orest. v. 1643. Ibi Apollo dicitur Helenam appropinquaturus Jovis aedibus, inter astra positis, quod nihil aliud est, nisi in soluta oratione: in coelum extollere vel: famam immortalem reddere. — Aether sedes est deorum, v. frg. Chrysipp. VII. frg. Pirith. II. Troad. v. 874 sq. Jon. v. 988 sq. Juno cum Jove inter sidera habitat: v. Helen. 1043—46. cfr. Müller. l. c. p. 48. Valcken. p. 39.

15) v. Müller. l. c. p. 44. Supplic. 713—19. Valcken. p. 51. ibid. p. 39. 43. Hercul. v. 1154. Hecub. v. 758 sq.: οἱ θεοὶ σθένουσι χὡ κείνων κρατῶν νόμος. — Orest. 1502 sq. Helen. v. 704. 710. Iphig. Taur. v. 1378. multis aliis locis.

16) Fortasse eandem hujus quaestionis difficultatem et obscuritatem, in quam incidit Cicero de Fato c. 1. de nat. deor. III, 17. 39. I, 1. 2. II, 1, cognovit Euripides. — cfr. Cic. de nat. deor. I, 22.

17) Hercul. fur. v. 688 sq. Troad. v. 748. 926. Bacch. 157. Dub. frg. XIX. cfr. Iphig. Aul. v. 32 sq.: κἂν μὴ σὺ θέλῃς, τὰ θεῶν οὕτω βουλόμεν' ἔσται; ad quem locum Barnes. illud Senecae profert: „Ducunt volentem fata, nolentem trahunt."

18) Praeter locos s. c. Alcest. v. 932 sqq. μοῦσαι Hartungo videntur poëtarum opera designare, quum in verbis μετάρσιος ᾖξα philosophica de extremis rerum causis meditatio intelligenda sit, quae Graeci τὰ μετέωρα appellabant. Haud dubie ea in initio cantici inest sententia: Quantumvis et aliorum scripta tum poëtarum tum philosophorum inspexerim et ipse mecum meditatus sim, etc.

19) Teleph. frg. XXV.

20) v. Heraclid. v. 900. Jon. v. 1396 sqq.: mille homines fortuna miseros reddidit, vicissim beatos fieri voluit. Τύχη ex sententia Euripidea est θεός. cfr. 1501. Hecub. v. 681 v. 904 sqq.

21) v. Heraclid. v. 742 sqq. Verba: οὔποτε θνατῶν ἥσσονες ποτ' ἂν εἶτ' ἐμοῦ φανοῦνται corrupta esse et vitium latere in vocabulis: ποτ' ἂν εἶτ' interpretes ad unum omnes intexellerunt neque in eo dissentiunt, eam sententiam desiderari, quam expressit Fix: „nunquam mortalibus inferiores dii praesides mei apparebunt." Ad quam sententiam efficiendam pro illis tribus vocabulis, praeeunte Musgravio, scripserunt: πρυτάνεις, ita ut ἐμοῦ mutarent in ἐμοί. Et in hac mutatione acquiescere possumus; nam sententiarum ratio docet, πρυτάνεις esse deos praesides. Nihilo tamen minus Hartungus pronomine ἐμοί rejecto θεοί dedit, quae conjectura redundat. — Supplic. v. 583. 718 sqq.

22) v. Troad. v. 947 sq.

23) Incert. trag. frg. CXXIX: τῶν ἄγαν γὰρ ἅπτεται Θεός, τὰ μικρὰ δ' εἰς τύχην ἀφεὶς ἐᾷ — dub. frg. V: Ζεὺς γὰρ τὰ μὲν τιναῦτα φροντίζει βροτῶν, Τὰ μικρὰ δ' ἄλλοις δαίμοσιν παρεὶς ἐᾷ. — Phoeniss. v. 1131: καλῶς τὰ τῶν θεῶν καὶ τὰ τῆς τύχης ἔχει. — cfr. Cic. de nat. deor. II, 66. — Etiamsi per socordiam quandam dei nonnulla casu evenire poëtam censere statuamus, tamen vitiositatem dei Euripidei agnoscamus necesse est.

24) v. Bacch. v. 340 sq. Iphig. Taur. v. 669 sq. Bacch. v. 342 sqq. Iphig. Aul. v. 1460.

25) v. Orest. 1562.

26) v. Hippolyt. v. 576: Castigantur, qui verbis aliud jurant, revera aliud faciunt. Liquido hoc versu ostendit poëta, ipsos homines impios, dum perjurio alios fallere student, conscientia admonitos persentiscere, investigare

deum vel occultissimas animi sententias. Quod nisi ita se haberet, ineptum esset, diverso a verbis conceptis animi sensu avertere velle iram dei, quippe qui odio persequatur perjuros. Ceterum offendi possit in eo, quod hanc potissimum sententiam homini castissimo integerrimoque tribuit poëta; et revera eam diversa interpretum judicia expertam esse adnotat Valckenarius (v. Bothe ad illum vers.). Illud hoc versu nutrici Hippolytus obloquitur: „Noli me exagitare de jurejurando. Nam flagitia reticere neque volo neque cogor; neque omnino, si quid ejusmodi exspectassem te indicaturam, jurassem." Etiamsi Hippolytus promissis suis non stetisset, levitatis, non improbitatis, esset coarguendus. Sed quanta esset religio in fide firmiter data, Euripides docuit, quod Hippolytum jusjurandum servantem fecit.

27) cfr. Müller. l. c. p. 44.

28) v. Phoeniss. v. 381. Hippolyt. v. 112: σοφωτέρους γὰρ δεῖ βροτῶν εἶναι θεούς.

29) v. Supplic. v. 203. 718 sqq. Bacch. v. 342 sqq. v. 876 sqq. — cfr. Valcken. p. 187.

30) v. Hercul. fur. v. 610. In versu: εἰ δὲ θεοῖς ἦν ξύνεσις καὶ σοφία κατ' ἄνδρας Donnerus, mirum in modum explicatis vocabulis κατ' ἄνδρας, vertit: wäret ihr klug, Götter, und wögt Menschengeschick mit Weisheit etc. ita ut in contrarium sententia abierit. Id enim dicit poëta: „deorum sapientia ea est, quam homines percipere nequeant" — cfr. Müller. p. 47.

31) v. Hippolyt. v. 1056 sqq. cfr. Hartung. ad locum difficillimum. — Helen. v. 1083 sqq.

32) v. Iphig. Taur. v. 426—29.

33) v. Jon. v. 336 sqq.

34) v. Bacch. v. 1019—21.

35) v. Jon. v. 1505 sqq.

36) v. Iphig. Taur. v. 669 sq. Bacch. v. 342. Iphig. Aul. v. 1460.

37) v. Hecub. v. 974 sq. Alcest. v. 579. Helen. v. 853: μισεῖ γὰρ ὁ θεὸς τὴν βίαν. — Palamed. frg. V: „vir justus unus milia immensa improborum superat, favente fretus et jure et deo." — v. Bacch. v. 876—78 sqq. ibid. sub finem: „qui Penthei foedum interitum contemplatus erit, justum deum esse sibi persuadebit." — v. Jon. v. 398 sqq. Electr. v. 537—38. — Cyclops v. 340 sqq. — v. Helen. v. 1243 sqq.: Helenam deus rebus adversis vexavit, quod, quantumvis casta esset, tamen in eo peccavit, quod virtutem nimis jactaverat, pertinaciter adversando popularium opinionibus; cfr. Hartung. ad vers. 1278. Sic item Hippolyti atrocissimus interitus explicari potest ex virtutis quadam jactantia.

38) v. Phrix. frg. IX. v. Iphig. Aul. v. 975 sqq.

39) v. Hecub. v. 758 sqq.

40) v. Electr. v. 1272—74.

41) v. Supplic. v. 314 sqq. — Bacch. v. 1204 sq.: qui sapiens est, deum socium habet.

42) v. Supplic. v. 287 sq.

43) v. Heraclid. v. 878. — cfr. Valcken. p. 21: Ex fabula Chrysippi: αἶ, αἶ, τὸ θεῖόν ἐστιν ἀνθρώποις κακόν, ὅταν τις εἰδῇ τἀγαθόν, χρῆται δὲ μή

44) v. Bacch. v. 337 sqq. — Heraclid. v. 375.

45) cfr. Valcken. p. 187.

46) Polymestor (in Hecuba) cum filiis punitus est, quod hospitii jus turpissime violavit. v. Hecub. v. 676 sqq. 904—8.

47) Incert. frg. III, a. — Hecub. fur. v. 700 sqq.: Deus justos et injustos respicit.

48) v. Orest. v. 1 sqq.

49) v. Orest. v. 690: Orestem Furiae persecutae sunt propter matricidium, h. e. animi morsus vexarunt. — Helen. v 980 sq. οὐδείς ποτ' εὐτύχησεν, ἔκδικος γεγώς, Ἐν τῷ δικαίῳ δ' ἐλπίδες σωτηρίας. — Jon. v. 1505 sqq. — v. Bacch. v. 1572—73: τοὺς εὐγενεῖς γὰρ οὐ στυγοῦσι δαίμονες, τῶν δ' ἀναριθμήτων μᾶλλόν εἰσιν οἱ πόνοι. Hunc alterum versum Hartungus pro subdititio habet, quod neque hujus loci ratio admittat commemorationem hominum ignobilium et rerum secundarum adversarumve, significari potius conditionem humanam post mortem, neque in universum Euripidis sit, id quod in Homero vituperetur, contemptum quendam hominum de plebe prae se ferre. E contrario Euripidem illam Homeri de ordinibus hominum praejudicatam opinionem semper refutare. Nihilominus genuinus esse potest ille versus, nam ἀναρίθμητοι, quum εὐγενεῖς oppositi sint homines generosi animi, sunt virtutis expertes, quorum numerus maximus. Jam versus ita interpretandus: „Virtutis expertes laborant potius et viventes et mortui." In collocatione verborum autem non est haerendum.

50) v. Heraclid. v. 595 sqq. — cfr. Müller. l. l. p. 44. 47.

51) Scyriae frg. II. — Incert. trag. frg. CLXXXVI et CLXXXVII. — Belleroph. frg. XXI. — Hippol. v. 1056 sqq. Quem locum recte interpretatus esse videtur Bothius: „Pugna ejus, qui, providentiam dei agnoscens generalem, non agnoscit particularem.“ — Supplic. v. 596—98: Ratio sententiarum docet, versus 598. sensum esse hunc: „Non video, deum semper bonis hominibus bonam fortunam, malam malis attribuere,“ sive illum versum interpretaris, ut Matthiae: „Video deos multis in rebus ab hominibus discrepare,“ sive ut Marclandus: „In multis deorum erga mortales dispensationibus ego magnum discrimen video“ — v. Helen. v. 1083 sqq.: Hominum vita plenissima est aenigmatum, quae vix sapientissimus quisquam solvat, ita ut omnia casu fortuito evenire videantur. Pro *τὰ θεῶν* Hartung. conjecit *τὰ βροτῶν*, quae conjectura propter sententiae rationem perplacet.

52) v. Troad. v. 1222.

53) v. Troad. v. 498 sq. 585 sq. — Heraclid. v. 838.

54) v. Troad. v. 850: *κατὰ δίκην τὰ θνήτ' ἄγεις.*

55) cfr. Antiop. frg. XV. — Incert. frg. II. v. Supplic. v. 210—15, quem locum Horatio obversatum esse probabile est (Od. III, 2: vetabo, qui Cereris sacrum ectr.). — v. Jon. v. 1505 sqq.: „Qui aerumnis vexatur, confidat deo; postremo enim boni dignis praemiis afficientur. — cfr. Valcken. l. l. p. 185. ibique Euripidis fragmentum: Rebus humanis justitia adest, facinorum spectatrix, quae mortalium oculis non nisi mentis spectabilis, omnia videt, et tacito lentoque gressu sceleratos secuta, poenae tandem gravitate tarditatem suam compensat. cfr. Cic. in L. Pisonem. c. 20: „Nolite putare, ut in scena videtis, homines consceleratos impulsu deorum terreri Furiarum taedis ardentibus, sua quemque fraus, suum facinus, suum scelus, sua audacia de sanitate ac mente deturbat. Hae sunt impiorum furiae, hae flammae, hae faces.“ cfr. Valcken. p. 186: „De justitia divina, tarda, certa tamen, scelerum vindice, locus est Euripidis e perdito dramate peregregius apud Plutarch. de sera Numinis vindicta. p. 549 A.“

56) v. Belleroph. frg. XXVI.

57) v. Bacch. v. 768 sqq. — Heraclid. v. 595 sqq. cfr. Müller. l. l. p. 44. 47.

58) v. Electr. v. 1275. — Jon. v. 935: *κακῷ γὰρ ἐσθλὸν οὐ ξυμμίγνυται.*

59) v. Iphig. Aul. v. 1460. — Bacch. v. 1186 sqq.: „Justas poenas injustus homo dabit, easdemque graves et acerbas suis cognatis.“

60) v. Orest. v. 1535 sq.: Atridarum calamitates ab interfecto Myrtilo profectae sunt.

61) Dub. frg. XXI: *τὰ πλεῖστα θνητοῖς τῶν κακῶν αὐθαίρεται.*

62) v. Heraclid. v. 608: *ἁ δ' ἀρετὰ βαίνει διὰ μόχθων.*

63) v. Hercul. fur. v. 20 sq.: Omnes mali homines naturali quodam vinculo conjuncti conjurant in strenuum virum et fortem. cfr. Hartung. ad h. l.

64) v. Helen. v. 801: *εἰ γάρ εἰσιν οἱ θεοὶ σοφοί, Εὔψυχον ἄνδρα, πολεμίων θανόντ' ὕπο, Κούφῃ καταμπίσχουσιν ἐν τύμβῳ χθονί, Κακοὺς δ' ὑφ' ἕρμα στερεὸν ἐκβάλλουσι γῆς.* Prima horum versuum verba rectius vertit Hartung.: Denn wenn die Götter weise (i. e. justi) sind etc., quam Donner.: Wenn oben weise Götter sind etc. Pro *ἐκβάλλουσι* Scaliger correxit *ἐμβάλλουσι*, quam vocem Hartungus in textum jure recepisse videtur. Sensus autem loci haud dubie est: „Si dii justi sunt, forti viro ab hostibus interfecto propitii erunt, h. e. post mortem eum remunerabuntur.“ — v. Helen. v. 963 sqq.

65) v. Bacch. v. 1571: Menelao, spectatae integritatis viro, post mortem in beatis insulis vivere constitutum est. — De fortunatis insulis v. Strab. 1 et 3. Plutarch. in Sertorio. Herodotus in Thalia eas Aegypto tribuit, Tzetz. ad Lycophr. 179. Horat. Od. 4, 8, 27. Epod. 16. 41 sqq.

66) v. Hercul. fur. v. 1123: *μιαίνεις, θνητὸς ὤν, τὰ τῶν θεῶν;* — Iphig. Taur. 366: *οὐδένα γὰρ οἶμαι δαιμόνων εἶναι κακόν.*

67) Belleroph. frg. 23: *εἰ θεοί τι δρῶσιν αἰσχρόν, οὐκ εἰσὶν θεοί.*

68) v. Jon. v. 410 sqq.

69) v. Troad. v. 937—44. — Helen. v. 1055. — Hercul. fur. v. 1207 sqq. cfr. loc., quos supra laudavimus.

70) v. Jon. v. 1409 sqq. Hercul. fur. 1282 sqq. Jon. v. 301 sqq. 317. In Jone Mercurius affirmat, Jonem filium Apollinis esse, quod idem in extrema fabula Minerva repetit. Itaque per Apollinis libidinem Jon natus. Hac improba de origine Jonis opinione usus est Euripides tanquam fundamento ad fabulam superstruendam. Iterum Euripides poëta ab Euripide philosopho internoscendus est; nam proponit Euripides Jonem filium dei, ut aptus sit ad magnas res perpetrandas.

71) v. Bacch. v. 71 sqq. — Electr. v. 1272: Qui sanctus est, eum miseriis deus liberat. cfr. Cic. de legg. II, 4.

72) v. Supplic. v. 182 sqq. cfr. Cic. N. D. III, c. 10. Tuscul. I, 25. 49. de Fin. V, 11.

73) v. adnot. 72.

74) v. ibid.

75) v. ibid.

76) v. ibid.

77) v. ibid.

78) v. ibid.

79) v. Helen. v. 516: *θεὸς γὰρ καὶ τὸ γιγνώσκειν φίλους.* Audacis locutionis sensus est: divinum quiddam est amicos agnoscere.

80) v. Helen. v. 616: *λέγ', ὡς ἀκουστὰ πάντα δῶρα δαιμόνων.* Hermannus post *ἀκουστὰ* plene interpunxit, eumque secutus est Donner. Qua interpunctione generalis redditur sententia, quae quanquam non abhorret ab animo Euripidis, tamen diversa est a sensu, quem praebet verborum collocatio vulgo probata.

81) v. adnot. 72.

82) Saepe ab Euripide commemoratos esse *ἀλάστορας*, supra demonstravi. Horum numinum proprium est, ut societas iis intercedat cum rebus malis. Ubicunque *ἀλάστορες* ulciscuntur, quae ab hominibus male facta sunt, *ἀλάστορες* bona sunt numina; ubi vero innocentes nulliusque sceleris conscios persequuntur et omnibus tormentis vexant, mala numina sunt, quae comparari possunt cum Christianorum diabolo. Interdum ejusdem miseriae auctor est modo deus quidam infestus, modo *ἀλάστωρ*: v. Phoeniss. 1461. 1483. 1496; alios locos attulit Müller. l. c. ex Hippol. Quare, dixerit quispiam, Euripides aut deo mundi administratori malam naturam tribuit aut statuit, praeter deum esse numen quoddam malignum, quod bono deo hominibusque ubique adversetur. Sed primum ex iis, quae de virtutibus dei diximus, apparet, duplicem naturam, et bonam et malam, non posse conjunctam esse in uno eodemque deo. Neque eo magis jam affirmari potest, Euripidem finxisse malum quoddam numen, a deo optimo maximo diversum, quod illas sententias, ex quibus mala hominibus contraxerit *ἀλάστωρ* aut deus quidam iratus, ex quotidiana dicendi ratione sumptas esse probabile est. cfr. Müller. l. l. p. 46. Etiamsi vero concedimus, Euripidem praeter bonum numen malum ascisse, tamen hoc alterum in mundum administrandum haud multum valet, tantam enim vim in res humanas exercet, quantam deus potentissimus permittit. cfr. Schaub. l. c. p. 111: „Anaxagoras tum boni tum etiam mali efficientem causam mentem esse statuit.“ v. Alexand. Aphrodis. in Aristot. Metaph. ed. Lat. p. 27.

83) v. adnot. 72.

84) v. Müller. l. c. p. 44.

85) Valcken p. 43.

86) v. Bacch. v. 1019—21: *τὸ σωφρονεῖν* est vera prudentia, quae deo placet.

87) v. Bacch. v. 772 sqq.: Non ultra mores hominum progrediendum est (vox populi vox dei). — Ibid. v. 876: Verba sunt difficillima, sed quantumvis interpretes discrepent, hic intellectus videtur inesse: modesta sententia, ex qua res divinas colimus neque eas sanae menti adversari vel soli plebi convenire arbitramur, integram vitam conservat. Non ea sapientia, quam vulgo habent, sectanda; nam invidiam et odium civium contrahit et quum magna pericula suscitet, proprie stultitia est appellanda. Multo magis laudandum consilium ejus, qui rejectis rebus a perverso homine petitis, opibus et prudentia inani, auream mediocritatem tenet, qua ductus procul omni injustitia semper officia erga deum religiose explet. — Medea quoque (v. Med. fab.), quod invidiosa sectans mediocritatem transgressa erat, pessumdata est, neque Eteocles et Polynices, quod gloriae et imperii cupiditati se commiserant, interitum effugerunt (v. Phoeniss.). — v. Troad. v. 400. sq.: „Magnifici et sapientes, qui dicuntur, non flocci habendi sunt.“ Nonnulli interpretes de magnificis Cassandrae verbis cogitaverunt: v. Both. ad. h. l. — Cfr. Heracl. v. 892.

88) v. Bacch. v. 71 sqq.

89) v. Iphig. Aul. v. 455.

90) v. Orest. 690: *μισεῖ γὰρ ὁ θεὸς τὰς ἄγαν προθυμίας.* — Hippolyt. v. 1056 sqq.: Theseus opinionis suae tenacior fuit, ita ut maximam calamitatem vel sibi ipse contraheret. Chorus optat, ut spem certam in deo repositam habeat, quo quidem effici vitam tranquillam.

91) De animo submisso vid., quae profert Theonoe: Helen. v. 948 sqq. — Hercul. fur. v. 304—6: Stultum est certamen cum necessitate.

92) v. Androm. v. 972. — Heracl. v. 101—4; ibid. v. 375. — Jon. v. 191. — Bacch. v. 876. Heracl. v. 878. ibid. v. 131. ibid. v. 238: „ex verecundia dei alios adjuvare debemus.“

93) v. Hercul. fur. v. 704: De rerum mobilitate non cogitat, qui se insolentiae commisit.

94) v. Hercul. fur. v. 1118 sq.: *ὅστις εὐγενὴς βροτῶν, φέρει τὰ θεῶν γε πτώματ', οὐδ' ἀναίνεται.* — Ibid. v. 277 sq.

95) Ex iis, quae Macaria a versu 488 sqq. (Heracl.) profert, apparet, non sufficere, si quis deum auxilium oret, dum ipse sit ignavus.

96) v. Electr. 173. — Supplic. v. 287—88. — Troad. v. 459 sq.: *ὅμως δ' ἔχει τι σχῆμα κικλήσκειν θεοὺς, ὅταν τις ἡμῶν δυστυχῆ λάβῃ τύχην.* Hartung. censet, quia adnotavit scholiastes: *ὅμως δὲ παραμυθία ἐστὶν τοῖς δυστυχοῦσιν ἀνακαλεῖσθαι τοὺς θεούς*, ideo eum vix legisse: *ὅταν τις ἡμῶν* (codd.: *ὅταν ἡμῶν τις*); quam ob rem mutavit: *ὅταν βροτῶν τις*; sed hoc longius a codicibus recedit, inversio, quam fecerunt editores, est probabilior.

97) v. Troad. v. 664 sqq. cfr. Valcken. l. c. p. 28. — Hercul. fur. v. 101 sqq.: *κάμνουσι γάρ τοι καὶ βροτῶν αἱ ξυμφοραὶ, καὶ πνεύματ' ἀνέμων οὐκ ἀεὶ ῥώμην ἔχει, κ. τ. λ.* cfr. Horat. lib. II, Od. 9.

98) v. Supplic. v. 142 sqq. Intellectus est: Deorum voluntas non est negligenda. — Helen. v. 974: „A deo principium faciendum (cfr. Horat. Od. III, 6, 6,) eique supplicandum, si quid laborando assequi velis."

99) v. Electr. v. 1272.

100) v. Heracl. v. 253 sqq.: „Demophon supplicum tutelam susceperat; jam nuntius negat, opus esse, illos adversariis tradi, modo juberet eos in terrae finibus collocari, ut tanquam illo nesciente abripi possent. Ita salvum esse officium." Id vero est, deum fallere (*σκαιὸς πέφυκας, τοῦ θεοῦ πλείω φρονῶν*). cfr. Phoeniss. v. 819. — Si a deo vexeris, non artificiis periculum effugias, demissus animus ad felicem eventum te perducet. Oedipus, qua via patrem quaesivit, eadem necavit. Ne matrem uxorem duceret, relicta patria, quam opinabatur, Corintho Thebas se contulit, ibique incidit in fati necessitatem; dum autem Laji interfectorem explorat, se ipsum hominem nefarium deprehendit. — Polynices bellum contra fratrem fuga studet evitare, quo eodem consilio iis conditionibus implicatus est, quae illud bellum suscipere eum cogunt. Iisdem *σοφίσμασι*, non animo demisso, salutem sibi paraturos se frustra speraverant Eteocles et mater ejus.

101) v. Jon. v. 1505 sqq. — Hercul. fur. v. 105 sq.: *οὗτος δ' ἀνὴρ ἄριστος, ὅστις ἐλπίσιν πέποιθεν αἰεί. τὸ δ' ἀπορεῖν ἀνδρὸς κακοῦ.*

102) v. Hercul. fur. v. 281.: Ignave mortem oppetere ipsa morte pejus est.

103) v. Hercul. fur. v. 1138 sq.: Primi cujusque hominis est, calamitosam vitam morte finire. Cfr. Aristot. l. 3. Nicomach.: *τό δὲ ἀποθνήσκειν φεύγοντα πενίαν, ἢ ἔρωτα ἤ τι λυπηρὸν, οὐκ ἀνδρείον, ἀλλὰ μᾶλλον δειλοῦ. μαλακία γὰρ τὸ φεύγειν τὰ ἐπίπονα.* — Virgilius, Caesar mortem quaesitam improbaverunt. Stoicis certis quibusdam temporibus optabilis visa est. — v. Troad. v. 1238—42.

104) v. Heracl. v. 253 sqq. cfr. adnot. 100.

105) v. Hippolyt. v. 1247 sqq.: Hippolytus jurisjurandi fidem servavit, itaque pietatem praestitit.

106) v. Orest. v. 1562.: Non solae caerimoniae sacra deo accepta reddunt, sed animus nullius sceleris conscius. cfr. Hartung. ad h. l.

107) v. Bacch. v. 338 sqq. Jam inde a versu 328 praedicatur *Ὁσία*, eadem quae *Εὐσέβεια* (v. 221), quae non consistit in caerimoniis neque in splendido sacrorum apparatu, sed in sensu et animo. Ceterum duplicem Pietatem, unam in legibus humanis, alteram in divinis observandis conspicuam internosci debere, recte negavit Hartung. in adnot. ad h. l.

108) v. Troad. v. 95—98.

109) v. Jon. v. 336 sqq. — Electr. v. 628.

110) Socrates: „Deo, inquit, magis a me parendum est, quam vobis hominibus! Idem fere Apostoli Augusto Hierosolymarum consilio responderunt. cfr. Phoeniss. v. 1550 sq. Danaë frg. XII. — Vid. infra, ubi de virtute veritatis disputabitur.

111) v. Electr. v. 823.

112) cfr. Hartung. ad Helen. v. 696. v. Jon. v. 336 sqq. — Electr. v. 628.

113) V. Qualem inducat poëta Teonoën in Helena.

Digressio I. De animo demisso (Demuth).

1) Haec assumpta sunt ex libro: Katholische Moraltheologie von Bittner. Regensburg 1855. — Non tam ex Christianorum doctrina, quam ex philosophorum ratione de inimicorum amore disputat Garve in libro: Abhandlung über die menschlichen Pflichten, in 3 Büchern, aus dem Lateinischen des Cicero. Breslau 1819. II. p. 174—206.

Digressio II. De Aethere, quem Deum Euripedeum esse vult Hassius.

1) Quod omissa deorum multitudine causas physicas indagavit, a veteribus *ἄθεος* appellatus est; v. Schaub. p. 151.

2) *Πάντα χρήματα ἦν ὁμοῦ, εἶτα νοῦς ἐλθὼν αὐτὰ διεκόσμησε*; v. Anaxag. frg. 17. Etiam *αἰθὴρ* dicitur *ἀποκρινόμενος ὑπὸ νοῦ*; v. frg. 8. — Plut. Plac. philos. I, 7: *ὁ δ' Ἀναξαγόρας φησὶν, ὡς εἱστήκει κατ' ἀρχὰς τὰ σώματα.* Arist. phys. III, 4: *ὁ δὲ νοῦς ἀπ' ἀρχῆς τινος ἐργάζεται νοήσας.*

3) Plat. Phaed. p. 98. a. (Stephan): *ὁρῶ ἄνδρα τῷ μὲν νῷ οὐδὲν χρώμενον, οὐδέ τινας αἰτίας ἐπαιτιώμενον εἰς τὸ διακοσμεῖν τὰ πράγματα, ἀέρας δὲ καὶ αἰθέρας καὶ ὕδατα αἰτιώμενον, καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ ἄτοπα.* Aristot. Metaph. I, 4: *Ἀναξαγόρας τε γὰρ μηχανῇ χρῆται τῷ νῷ πρὸς τὴν κοσμοποιΐαν· καὶ ὅταν ἀπορήσῃ, διὰ τίν' αἰτίαν ἐξ ἀνάγκης ἐστὶν, τότε ἕλκει αὐτόν· ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις πάντα μᾶλλον αἰτιᾶται τῶν γιγνομένων, ἢ νοῦν.* cfr. Schaub. l. c. p. 105.

4) Posteris temporibus Stoicos aethera pro deo habuisse, Cicero auctor est. N. D. I. § 37. Acad. II, 41.

5) Identidem Euripidem non tantum propter argumenta fabularum et propter dicendi genus sed etiam propter rerum divinarum doctrinam ab opinionibus vulgi recedentem vituperatum esse ab Aristophane (Nub. Ran. Thesmoph. etc.) notum est. Sic per aethera jurantem inducit poëtam Aristophanes; sic vita mors, mors vita nominatur; cfr. Wissow. l. c. p. 20 sqq. — Ceterum quicunque insignis erat inter cives, eum poëta comicus orationis libertate perstrinxit; atque id Euripidi consolationi esse potuit, quod ipsum Socratem iterum ac tertio exagitavit Aristophanes, qui utrumque in Sophistarum numero habuit.

6) Quoniam ex coelo vicissitudines terrestres pendere vident homines, magnam ejus potestatem poetica ratione Euripides in Danaë frag. IV. descripsit.

7) Ut feminam viro, sic patre matrem inferiorem habitam esse ab Euripide, docet Chrysipp. frg. VI. — Sic item Orestes (in Orest. v. 526 sqq.), quum se contra Tyndareum defendit, se plus debere patri dicit, quam matri; illum enim vitae suae auctorem fuisse, servatricem tantum matrem. cfr. Incert. trag. frg. LVIII.: Filius quidam dicit, amare quidem se matrem, quoniam haec se pepererit et quoniam id justum sit, sed omnium maxime se patrem colere, hunc enim suam esse stirpem neque quemquam ex matre, ex patre omnes nomen ducere. Eandem de patre et de matre sententiam habuisse Anaxagoram, testatur Aristoteles de anim. gen. IV, 1. Atque idem Aegyptios credidisse, auctor est Diod. Sic. lib. I, p. 91. Ceterum perperam Schneitherus (l. c. p. 39) affirmavit, nunquam Euripidem verbo *φυτεύειν* vel *φύειν* de matre usum esse. Nam de Medea (Med. v. 1006) legitur: *Οἵπερ ἐξεφύσαμεν* (verss. 1005 sq. vulgo repetuntur infra post vers. 1183. cfr. Hartung. ad vers. 1006). Praeterea de utroque parente legitur in Phoeniss. v. 34. Quanquam enim h. l. secundum Valckenarium nonnulli pro *φύσαντας* — *τεκόντας* receperunt, tamen merito videtur defendere *φύσαντας* Hartung ad vers. 34. cfr. Passow. lex. s v. *φύειν*.

8) v. Orest. v. 536: *ἄνευ δὲ πατρὸς τέκνον οὐκ εἴη ποτ' ἄν.* Non sequitur, Euripidem credidisse, sine matre nasci posse quemquam, quamquam comicus quidam addit: *ἄνευ δὲ μητρὸς πῶς, κάθαρμ' Εὐριπίδη*; Euripides in tota defensione sua rationem habuit Aeschyli, idque non sine aliqua irrisione; Aeschylus enim, ut demonstraret, sine matre nasci posse hominem, exemplo usus erat Minervae, quod quidem exemplum de industria omisit Euripides. cfr. Hartung. ad vers. 536. Orest.

9) Exclamationem *ὦ γῆ καὶ ἥλιε* Demostheni aliisque usurpatam esse, monet Elmsl. ad Med. vers. 1193. Euripides aliique poëtae et Graeci et Latini poëtica ratione confundentes et *Δία* et *οὐρανόν* et *ἀέρα* secuti sunt Homerum, Iliad. l. 19. v. 357. cfr. Valcken. p. 47 et 48.

10) Aether omnes res amplectitur secundum Anaxagorae disciplinam. Etiam quum rudis indigestaque moles erat, *πάντα ἀὴρ τε καὶ αἰθὴρ κατεῖχε.* v. Anax. frg. I. ed. Schaub. Quod quomodo intelligendum sit, docet Schaub. p. 84.

11) *Νοῦν* omnia secernentem et in ordinem redigentem Ovidius appellat Deum: Metam. I, 32.

12) *Νοῦς* a veteribus saepissime deus vocatus est: v. Schaub. p. 152 sqq.

13) Thales et qui eum secuti sunt, inter quos fortasse Anaximander quoque et Anaximenes nominandi sunt, mentem divinam non per se contineri, sed cum materia conjunctam esse docuerunt, ita ut eos materiam pro deo habuisse facile dixeris. Discrimen, quod inter Thaletem et inter Anaxagoram intercedit, haud inficete ita explicavit Stobaeus: Thales *νοῦν τοῦ κόσμου τὸν θεόν* dixit, Anaxagoras *τὸν θεὸν νοῦν κοσμοποιόν*; v. Valcken. p. 40. *Κοσμοποιός* non est, qui mundum ex nihilo procreavit, sed qui rudem molem disposuit, res dispositas in ordinem redegit: v. Schneith. p. 19. adnot. 6.

14) V. Schaub. p. 150.

93) v. Hercul. fur. v. 704: De rerum mobilitate non cogitat, qui se insolentiae commisit.

94) v. Hercul. fur. v. 1118 sq.: *ὅστις εὐγενὴς βροτῶν, φέρει τὰ θεῶν γε πτώματ', οὐδ' ἀναίνεται.* — Ibid. v. 277 sq.

95) Ex iis, quae Macaria a versu 488 sqq. (Heracl.) profert, apparet, non sufficere, si quis deum auxilium oret, dum ipse sit ignavus.

96) v. Electr. 173. — Supplic. v. 287—88. — Troad. v. 459 sq.: *ὅμως δ' ἔχει τι σχῆμα κικλήσκειν θεοὺς, ὅταν τις ἡμῶν δυστυχῆ λάβῃ τύχην.* Hartung. censet, quia adnotavit scholiastes: *ὅμως δὲ παραμυθία ἐστὶν τοῖς δυστυχοῦσιν ἀνακαλεῖσθαι τοὺς θεούς*, ideo eum vix legisse: *ὅταν τις ἡμῶν* (codd.: *ὅταν ἡμῶν τις*); quam ob rem mutavit: *ὅταν βροτῶν τις*; sed hoc longius a codicibus recedit, inversio, quam fecerunt editores, est probabilior.

97) v. Troad. v. 664 sqq. cfr. Valcken. l. c. p. 28. — Hercul. fur. v. 101 sqq.: *κάμνουσι γάρ τοι καὶ βροτῶν αἱ ξυμφοραὶ, καὶ πνεύματ' ἀνέμων οὐκ ἀεὶ ῥώμην ἔχει, κ. τ. λ.* cfr. Horat. lib. II, Od. 9.

98) v. Supplic. v. 142 sqq. Intellectus est: Deorum voluntas non est negligenda. — Helen. v. 974: „A deo principium faciendum (cfr. Horat. Od. III, 6, 6,) eique supplicandum, si quid laborando assequi velis."

99) v. Electr. v. 1272.

100) v. Heracl. v. 253 sqq.: „Demophon supplicum tutelam susceperat; jam nuntius negat, opus esse, illos adversariis tradi, modo juberet eos in terrae finibus collocari, ut tanquam illo nesciente abripi possent. Ita salvum esse officium." Id vero est, deum fallere (*σκαιὸς πέφυκας, τοῦ θεοῦ πλείω φρονῶν*). cfr. Phoeniss. v. 819. — Si a deo vexeris, non artificiis periculum effugias, demissus animus ad felicem eventum te perducet. Oedipus, qua via patrem quaesivit, eadem necavit. Ne matrem uxorem duceret, relicta patria, quam opinabatur, Corintho Thebas se contulit, ibique incidit in fati necessitatem; dum autem Laji interfectorem explorat, se ipsum hominem nefarium deprehendit. — Polynices bellum contra fratrem fuga studet evitare, quo eodem consilio iis conditionibus implicatus est, quae illud bellum suscipere eum cogunt. Iisdem *σοφίσμασι*, non animo demisso, salutem sibi paraturos se frustra speraverant Eteocles et mater ejus.

101) v. Jon. v. 1505 sqq. — Hercul. fur. v. 105 sq.: *οὗτος δ' ἀνὴρ ἄριστος, ὅστις ἐλπίσιν πέποιθεν αἰεί. τὸ δ' ἀπορεῖν ἀνδρὸς κακοῦ.*

102) v. Hercul. fur. v. 281.: Ignave mortem oppetere ipsa morte pejus est.

103) v. Hercul. fur. v. 1138 sq.: Primi cujusque hominis est, calamitosam vitam morte finire. Cfr. Aristot. l. 3. Nicomach.: *τό δὲ ἀποθνήσκειν φεύγοντα πενίαν, ἢ ἔρωτα ἤ τι λυπηρὸν, οὐκ ἀνδρείον, ἀλλὰ μᾶλλον δειλοῦ. μαλακία γὰρ τὸ φεύγειν τὰ ἐπίπονα.* — Virgilius, Caesar mortem quaesitam improbaverunt. Stoicis certis quibusdam temporibus optabilis visa est. — v. Troad. v. 1238—42.

104) v. Heracl. v. 253 sqq. cfr. adnot. 100.

105) v. Hippolyt. v. 1247 sqq.: Hippolytus jurisjurandi fidem servavit, itaque pietatem praestitit.

106) v. Orest. v. 1562.: Non solae caerimoniae sacra deo accepta reddunt, sed animus nullius sceleris conscius. cfr. Hartung. ad h. l.

107) v. Bacch. v. 338 sqq. Jam inde a versu 328 praedicatur *Ὁσία*, eadem quae *Εὐσέβεια* (v. 221), quae non consistit in caerimoniis neque in splendido sacrorum apparatu, sed in sensu et animo. Ceterum duplicem Pietatem, unam in legibus humanis, alteram in divinis observandis conspicuam internosci debere, recte negavit Hartung. in adnot. ad h. l.

108) v. Troad. v. 95—98.

109) v. Jon. v. 336 sqq. — Electr. v. 628.

110) Socrates: „Deo, inquit, magis a me parendum est, quam vobis hominibus! Idem fere Apostoli Augusto Hierosolymarum consilio responderunt. cfr. Phoeniss. v. 1550 sq. Danaë frg. XII. — Vid. infra, ubi de virtute veritatis disputabitur.

111) v. Electr. v. 823.

112) cfr. Hartung. ad Helen. v. 696. v. Jon. v. 336 sqq. — Electr. v. 628.

113) V. Qualem inducat poëta Teonoën in Helena.

Digressio I. De animo demisso (Demuth).

1) Haec assumpta sunt ex libro: Katholische Moraltheologie von Bittner. Regensburg 1855. — Non tam ex Christianorum doctrina, quam ex philosophorum ratione de inimicorum amore disputat Garve in libro: Abhandlung über die menschlichen Pflichten, in 3 Büchern, aus dem Lateinischen des Cicero. Breslau 1819. II. p. 174—206.

Digressio II. De Aethere, quem Deum Euripedeum esse vult Hassius.

1) Quod omissa deorum multitudine causas physicas indagavit, a veteribus *ἄθεος* appellatus est; v. Schaub. p. 151.

2) *Πάντα χρήματα ἦν ὁμοῦ, εἶτα νοῦς ἐλθὼν αὐτὰ διεκόσμησε*; v. Anaxag. frg. 17. Etiam *αἰθὴρ* dicitur *ἀποκρινόμενος ὑπὸ νοῦ*; v. frg. 8. — Plut. Plac. philos. I, 7: *ὁ δ' Ἀναξαγόρας φησὶν, ὡς εἱστήκει κατ' ἀρχὰς τὰ σώματα.* Arist. phys. III, 4: *ὁ δὲ νοῦς ἀπ' ἀρχῆς τινος ἐργάζεται νοήσας.*

3) Plat. Phaed. p. 98. a. (Stephan): *ὁρῶ ἄνδρα τῷ μὲν νῷ οὐδὲν χρώμενον, οὐδέ τινας αἰτίας ἐπαιτιώμενον εἰς τὸ διακοσμεῖν τὰ πράγματα, ἀέρας δὲ καὶ αἰθέρας καὶ ὕδατα αἰτιώμενον, καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ ἄτοπα.* Aristot. Metaph. I, 4: *Ἀναξαγόρας τε γὰρ μηχανῇ χρῆται τῷ νῷ πρὸς τὴν κοσμοποιΐαν· καὶ ὅταν ἀπορήσῃ, διὰ τίν' αἰτίαν ἐξ ἀνάγκης ἐστὶν, τότε ἕλκει αὐτόν· ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις πάντα μᾶλλον αἰτιᾶται τῶν γιγνομένων, ἢ νοῦν.* cfr. Schaub. l. c. p. 105.

4) Posteris temporibus Stoicos aethera pro deo habuisse, Cicero auctor est. N. D. I. § 37. Acad. II, 41.

5) Identidem Euripidem non tantum propter argumenta fabularum et propter dicendi genus sed etiam propter rerum divinarum doctrinam ab opinionibus vulgi recedentem vituperatum esse ab Aristophane (Nub. Ran. Thesmoph. etc.) notum est. Sic per aethera jurantem inducit poëtam Aristophanes; sic vita mors, mors vita nominatur; cfr. Wissow. l. c. p. 20 sqq. — Ceterum quicunque insignis erat inter cives, eum poëta comicus orationis libertate perstrinxit; atque id Euripidi consolationi esse potuit, quod ipsum Socratem iterum ac tertio exagitavit Aristophanes, qui utrumque in Sophistarum numero habuit.

6) Quoniam ex coelo vicissitudines terrestres pendere vident homines, magnam ejus potestatem poetica ratione Euripides in Danaë frag. IV. descripsit.

7) Ut feminam viro, sic patre matrem inferiorem habitam esse ab Euripide, docet Chrysipp. frg. VI. — Sic item Orestes (in Orest. v. 526 sqq.), quum se contra Tyndareum defendit, se plus debere patri dicit, quam matri; illum enim vitae suae auctorem fuisse, servatricem tantum matrem. cfr. Incert. trag. frg. LVIII.: Filius quidam dicit, amare quidem se matrem, quoniam haec se pepererit et quoniam id justum sit, sed omnium maxime se patrem colere, hunc enim suam esse stirpem neque quemquam ex matre, ex patre omnes nomen ducere. Eandem de patre et de matre sententiam habuisse Anaxagoram, testatur Aristoteles de anim. gen. IV, 1. Atque idem Aegyptios credidisse, auctor est Diod. Sic. lib. I, p. 91. Ceterum perperam Schneitherus (l. c. p. 39) affirmavit, nunquam Euripidem verbo *φυτεύειν* vel *φύειν* de matre usum esse. Nam de Medea (Med. v. 1006) legitur: *Οἵπερ ἐξεφύσαμεν* (verss. 1005 sq. vulgo repetuntur infra post vers. 1183. cfr. Hartung. ad vers. 1006). Praeterea de utroque parente legitur in Phoeniss. v. 34. Quanquam enim h. l. secundum Valckenarium nonnulli pro *φύσαντας* — *τεκόντας* receperunt, tamen merito videtur defendere *φύσαντας* Hartung ad vers. 34. cfr. Passow. lex. s v. *φύειν*.

8) v. Orest. v. 536: *ἄνευ δὲ πατρὸς τέκνον οὐκ εἴη ποτ' ἄν.* Non sequitur, Euripidem credidisse, sine matre nasci posse quemquam, quamquam comicus quidam addit: *ἄνευ δὲ μητρὸς πῶς, κάθαρμ' Εὐριπίδη*; Euripides in tota defensione sua rationem habuit Aeschyli, idque non sine aliqua irrisione; Aeschylus enim, ut demonstraret, sine matre nasci posse hominem, exemplo usus erat Minervae, quod quidem exemplum de industria omisit Euripides. cfr. Hartung. ad vers. 536. Orest.

9) Exclamationem *ὦ γῆ καὶ ἥλιε* Demostheni aliisque usurpatam esse, monet Elmsl. ad Med. vers. 1193. Euripides aliique poëtae et Graeci et Latini poëtica ratione confundentes et *Δία* et *οὐρανόν* et *ἀέρα* secuti sunt Homerum, Iliad. l. 19. v. 357. cfr. Valcken. p. 47 et 48.

10) Aether omnes res amplectitur secundum Anaxagorae disciplinam. Etiam quum rudis indigestaque moles erat, *πάντα ἀήρ τε καὶ αἰθὴρ κατεῖχε.* v. Anax. frg. I. ed. Schaub. Quod quomodo intelligendum sit, docet Schaub. p. 84.

11) *Νοῦν* omnia secernentem et in ordinem redigentem Ovidius appellat Deum: Metam. I, 32.

12) *Νοῦς* a veteribus saepissime deus vocatus est: v. Schaub. p. 152 sqq.

13) Thales et qui eum secuti sunt, inter quos fortasse Anaximander quoque et Anaximenes nominandi sunt, mentem divinam non per se contineri, sed cum materia conjunctam esse docuerunt, ita ut eos materiam pro deo habuisse facile dixeris. Discrimen, quod inter Thaletem et inter Anaxagoram intercedit, haud inficete ita explicavit Stobaeus: Thales *νοῦν τοῦ κόσμου τὸν θεόν* dixit, Anaxagoras *τὸν θεὸν νοῦν κοσμοποιόν*; v. Valcken. p. 40. *Κοσμοποιός* non est, qui mundum ex nihilo procreavit, sed qui rudem molem disposuit, res dispositas in ordinem redegit: v. Schneith. p. 19. adnot. 6.

14) V. Schaub. p. 150.

15) Anax. frg. 8 (ed. Schaub.): νοῦς ἐστι ἄπειρον καὶ αὐτοκρατὲς καὶ μέμικται οὐδενὶ χρήματι, ἀλλὰ μόνος αὐτὸς ἐφ' ἑωὐτοῦ ἐστιν — ἔστι γὰρ λεπτότατόν τε πάντων χρημάτων καὶ καθαρώτατον καὶ γνώμην γε περὶ παντὸς πᾶσαν ἴσχει, καὶ ἰσχύει μέγιστον· — καὶ τὰ συμμισγόμενά τε καὶ ἀποκρινόμενα καὶ διακρινόμενα, πάντα ἔγνω νοῦς. Καὶ ὁποῖα ἔμελλεν ἔσεσθαι, καὶ ὁποῖα ἦν, καὶ ὅσα νῦν ἐστι, καὶ ὁποῖα ἔσται, πάντα διεκόσμησε νοῦς. — Quamquam Anaxagorae νοῦς deus summus est, tamen non vocavit νοῦν deum ipse Anaxagoras. — cfr. Schaub. p. 154. — Aristot. de anim. I, 2: ἀρχήν γε τὸν νοῦν τίθεται μάλιστα πάντων· μόνον γοῦν φησιν αὐτὸν τῶν ὄντων ἁπλοῦν εἶναι καὶ ἀμιγῆ τε καὶ καθαρόν. Plut. Pericl. 3. p. 383. ed. Hutten. νοῦν ἐπέστησε καθαρὸν καὶ ἄκρατον ἐμμεμιγμένοις πᾶσι τοῖς ἄλλοις. Philopon. ad Aristot. d. anim. C. g.: τοῦτον τὸν νοῦν καθαρὸν ἔλεγε, καὶ ἀμιγῆ καὶ ἀπαθῆ, τουτέστι ἀσώματον.

16) V. Schaub. p. 104: „Putant nonnulli, aërem vel aethera ex Anaxagorae sententia esse mentem, ideoque eam vocari λεπτότατον et καθαρώτατον πάντων χρημάτων. vid. Brucker. Hist. crit. philos. I. p. 513. Tiedemann, Geist der speculat. Philos. I, p. 329. Primum autem hoc non sequitur ex locis ab illis viris ad hanc rem probandam allatis, tum obstant loci s. c., denique Anaxagoras saepius vituperatur a veteribus, propterea, quod in explicanda rerum natura sibi non constet, mente tantum in singulis utatur, praeterea alias causas, ut aethera et aërem ad partes vocet: unde patet, mentem ab istis distingui.“

17) Vers. 851. male vertit Donner.: Was gibt es, dass du wiederum die Götter rufst? Hartungus autem in ambiguitatem incidit, vertens: Was gibt's, was soll dein unverhofft Gebet, o Weib?

Schulnachrichten

für den

Zeitraum vom 27. September 1856 bis 12. August 1857.

A.

I. Lehrverfassung.

Die Ordinarien waren in Ober-Prima der Director, in Unter-Prima Oberlehrer Dr. Pohl; in Ober-Secunda Oberlehrer Winkler, in Unter-Secunda Gymnasiallehrer Dr. Kuschel; in Tertia a. Gymnasiallehrer Dr. Schedler, in Tertia b. Oberlehrer Janske; in Quarta a. Gymnasiallehrer Idzikowski, in Quarta b. Gymnasiallehrer Dr. Baucke; in Quinta a. Collaborator Schneck, in Quinta b. Gymnasiallehrer Dr. Baumgart; in Sexta a. Gymnasiallehrer Dr. Görlitz, in Sexta b. bis Ostern Candidat Dr. Smolka, nach Ostern, nach dessen Abgange nach Gleiwitz, Candidat Jaschke.

In dem diesjährigen Lehrplane waren die bezüglichen Verordnungen des Königl. Ministeriums vom 7. Januar 1856 vollständig zur Durchführung gekommen; es blieb jedoch auch ferner von Tertia an das Zeichnen facultativ beibehalten, wie der Unterricht im Englischen und Polnischen. Die gebrauchten Lehrbücher sind am Schlusse dieses Abschnittes zusammengestellt.

a. Sprachen.

1. Deutsch in jeder Klasse 2, nur in Prima a. und b. je 3 Stunden, bei den resp. Ordinarien, nur in Ober-Prima ausnahmsweise bei dem Gymnasiallehrer Dr. Baumgart. Die Methode der Anknüpfung an das Lesebuch blieb dieselbe wie früher, so wie überall poetische und prosaische Musterstücke dem Gedächtnisse eingeprägt wurden. In Unter-Secunda wurden die Stilgattungen, in Ober-Secunda die Dichtungsarten erklärt; in Unter-Prima wurden einige größere Gedichte und das Drama Wilhelm Tell von Schiller gelesen, so wie die ältere deutsche Literatur erläutert; in Ober-Prima Schillers Wallenstein gelesen und die neuere deutsche Literatur seit Opitz dargestellt. Die Lese- und Declamirübungen steigerten sich in den obern Klassen bis zu Disputationen und dem Vortrage einiger Arbeiten. Die deutschen Aufsätze wurden, nach ihrer Correctur zu Hause, in der Klasse censirt. Es sind deren angefertigt worden in Sexta b. 17, Sexta a. 18, Quinta b. und Quinta a. 17, Quarta a. und b. je 13, in Tertia a. 12, in Tertia b. 13, Secunda b. 9, Secunda a. 9, Prima b. 10, Prima a. 7, in den untern Klassen wurden einzelne Aufsätze unter Aufsicht in der Klasse gearbeitet, in beiden Primen einige Clausurarbeiten in der Weise der Abiturientenarbeiten.

Die in den obern vier Cötus bearbeiteten deutschen Aufgaben waren folgende:

a. in Secunda b.: 1) Der Kampf mit dem Drachen, nach Schiller; 2) Gottes Waltung; 3) Die Eroberung Sagunts, nach Livius; 4) Blüthen und Hoffnungen; 5) Inhalt des 15. Gesanges

der Odyssee; 6) Schilderung der Unterwelt, nach Virgils Aeneis; 7) Beim Anblick einer Burgruine, eine Betrachtung; oder dafür: Heimkehr ins Vaterhaus, eine Schilderung; 8) Der Stolze und der Demüthige, eine Charakterschilderung; 9) In der Neujahrsnacht, ein Monolog, Klassenarbeit.

b. in Secunda a.: 1) Griechen und Römer, ein Gespräch; 2) Vergänglichkeit des Irdischen, in Briefform; 3) Erklärung der 24. Ode des 3. Buches von Horaz; 4) Ueber die Härte des J. Brutus gegen seine Söhne; 5) Zu allem Großen ist der erste Schritt der Muth, eine Chrie; 6) Gefährlich sind des Ruhmes hohe Bahnen; 7) Betrachtungen beim Anblick eines Kindes; 8) Ursachen des überhandnehmenden Sittenverderbnisses der Römer nach dem dritten punischen Kriege; 9) Nemo ante mortem beatus, eine Clausurarbeit.

c) in Unter-Prima: 1) Immer treibe die Furcht den Sklaven mit eisernem Stabe — Freude, führe Du mich immer am rosigen Band; oder dafür: Bücher, eine Gesellschaft; 2) Was machte die Germanen besonders geneigt und empfänglich für die Annahme des Christenthums? — oder dafür: Darstellung des Planes und Gedankenganges in Schillers Glocke; 3) Rede Karl Martells an das fränkische Heer vor der Schlacht mit den Saracenen; oder dafür: Die Göttererscheinungen im ersten Buche der Ilias und ihr Einfluß auf den Gang der Handlung; 4) Der Tod des Atys, des Sohnes von Crösus, frei nach Herodot I. 34—45, nach eigener Wahl auch in Versen zu behandeln; oder dafür: Welche Verwandtschaft des Inhalts findet zwischen dem eleusinischen Feste und dem Spaziergange von Schiller statt? 5) Was verdankt Deutschland den sächsischen Kaisern? oder dafür: Der Charakter Hagens in den Nibelungen; 6) Uebersetzung von Horaz Carm. III. 3. oder dafür: Wie hängen die drei ersten Oden des dritten Buchs bei Horaz zusammen? 7) Wodurch begründet Cicero in seinem Werke über die Pflichten das Lob des Tyrannenmordes und wie stimmt dazu die Art und Weise, wie Schiller in seinem Drama Wilhelm Tell die That des Helden zu verherrlichen sucht? oder dafür: Wie unterscheiden sich die Charakterzeichnungen der in Schillers Tell auftretenden Frauen? 8) Welche Umstände begünstigten das Aufblühen der Literatur im Mittelalter? — oder dafür: Uebersetzung von Horazens zweiter Epode. — Als Clausurarbeit: 1) Vergleichung des Kampfes der Deutschen und Ungarn mit dem der Griechen und Perser; 2) Alexander und Achilles, eine Parallele.

d) in Ober-Prima: 1) Rede des P. C. Scipio nach der Schlacht bei Canná; 2) Der Ackerbau als Bedingung aller höheren Cultur; 3) In wiefern konnte Livius von seiner Zeit sagen: Nec vitia nostra nec remedia pati possumus? 4) Wie ist es erklärlich, daß Sokrates angeklagt und verurtheilt wurde? 5) Die Macht der Poesie, nach Schillers Macht des Gesanges; 6) Warum hat Schiller gerade durch die Gräfin Terzky Wallenstein zu dem entscheidenden Entschlusse bringen lassen? 7) Ist Armuth ein Unglück; Clausurarbeit.

Als Abiturientenarbeit behandelten die Schüler das Thema a) an Ostern: Woher kommt es, daß der Greis gewöhnlich, wie Horaz sagt, ein laudator temporis acti wird? b) an Michaelis: Warum und in wieweit gilt der Spruch: de mortuis nil nisi bene?

2. Latein. In Prima a. und b. je 8, in Secunda b. 9, in allen übrigen Klassen je 10 Stunden, überall nur bei den resp. Ordinarien, in jeder Klasse wurde ein Certamen geschrieben. In beiden Sexta die ersten drei Kurse der Grammatik, eingeübt in den darin enthaltenen Beispielen und durch je 2 Specimina im Monate; Vocabeln nach Wiggert, die erste Reihe und die zweite bis L. In beiden Quinta, Beendigung der Formenlehre und darauf die Syntax der Casus, an den Beispielen eingeübt; Uebersetzung einer Anzahl Stücke aus dem der Grammatik beigefügten Lesebuche; monatlich 2 Extemporalien; die Vocabeln der Sexta wiederholt und sämmtliche beide Abtheilungen gelernt. In beiden

Heinrich Michalke aus Trebnitz: Der Räuber und das Crucifix, von Prutz;
Ernst Kienast aus Woigwitz: Der Köhler und die Diebe, von Noack;
Ernst Wilhelm aus Kanth: Der Schneiderjunge von Krippstadt, von Kopisch.

Dienstag, den 11. August.

Von 8—12 Uhr beide Abtheilungen der Secunda.

Von 8 — 8½	Religion	Religionslehrer Scholz	IIb.
		= Runkel	IIa.
= 8½— 9	Mathematik	Oberlehrer Dittrich	IIb. u. IIa.
= 9 — 9½	Geschichte	Gymnasiall. Idzikowsky	IIb. u. IIa.
= 9½— 9¾	Latein (Virg. Aen.)	Gymnasiall. Dr. Kuschel	IIb.
= 9¾—10	Latein (Livius)		
= 10 —10¼	Latein (Cic. oratt.)	Oberlehrer Winkler	IIb.
= 10¼—10½	Griechisch (Homer Od.)	Gymnasiall. Dr. Kuschel	IIb.
= 10½—10¾	Griechisch (Xen. Cyrop.)	Oberlehrer Winkler	IIa.
= 10¾—11	Französisch	Prof. Dr. Schmölders	IIa.

Hierauf Vorträge der Unter-Secundaner:

Herrmann Rosenberg aus Gramschütz: Cäsars Tod, von Karl Haltaus;
Georg Pohl aus Breslau, Karl Sprotte aus Breslau: Scene aus Göthes Iphigenia;

und der Ober-Secundaner:

Paul Gerntke aus Peiskretscham, Felix Köhler aus Breslau: Scene aus Wallensteins Tod, von Schiller;
Max Theinert aus Breslau: Monolog aus Göthes Egmont.

Von 2—4½ beide Abtheilungen der Prima.

Von 2 —2¼	Religion	Religionslehrer Runkel	Ib.
= 2¼—2½	Religion	= Scholz	Ia.
= 2½—3	Mathematik	Oberlehrer Dittrich	Ib. u. Ia.
= 3 —3¼	Latein (Horat.)	Oberlehrer Dr. Pohl	Ib.
= 3¼—3½	Griechisch (Herodot)		
= 3½—3¾	Griechisch (Sophocles)	Director	Ia.
= 3¾—4¼	Französisch	Prof. Dr. Schmölders	Ia. u. Ib.

Hierauf Vorträge in fremden Sprachen:

der Ober-Secundaner Wilhelm Wörner aus Breslau: Pani Twardowska przez Mickiewicza.
Herrmann Nakel aus Frankenstein: Monolog aus Racine's Iphigénie en Aulide.
Bruno John aus Schönjohnsdorf: Farewell to the muse, by Byron.

Probeschriften und Probearbeiten werden während der Examentage ausliegen. Die Ausstellung der Zeichnungen findet im Zeichnensaale (in der zweiten Etage, erste Treppe rechts) an beiden Prüfungstagen von 3—5 Uhr statt.

Mittwoch, den 12. August

wird, nach Beendigung des feierlichen Morgengottesdienstes und dem Te deum, die Schlußfeier in nachstehender Art gehalten werden:

1) Motette von Haydn: Du bist's, dem Ruhm und Ehre gebührt.
2) Vortrag selbstgearbeiteter Reden der Abiturienten:
   Emil Naucke aus Wansen: De illo Livii (XXII. 39) Veritatem laborare nimis saepe, extingui nunquam.
   Moritz Korn aus Kozmin: Shakespear's death of Caesar compared with the relation of the historical writers.
   Karl Kuschel aus Herrmannsdorf: Sur les moyens dont le jeune étudiant dispose pour former son caractère.
3) Motette von Hiller: Freuen sollen sich alle, die auf Dich trauen.
4) Fernere Vorträge des Abiturienten:
   Samuel Michaelis aus Chodziesen: Ueber Schillers Worte:
   Im engen Kreis verenget sich der Sinn:
   Es wächst der Mensch mit seinen größern Zwecken;
   derselbe nimmt im Namen der Abgehenden von der Schule Abschied.
   und des Unter-Primaners:
   Adolph Lehmann aus Breslau: Ueber den Spruch des Dichters:
   „Sich selbst bekämpfen ist der schwerste Krieg,
   Sich selbst besiegen ist der schönste Sieg." Derselbe sagt den Abgehenden Lebewohl.
5) Schlußchor, Motette von Haydn: Herr, der Du mir das Leben bis diesen Tag gegeben.
6) Entlassung der Abiturienten, Vertheilung der Prämien, Bekanntmachung der Versetzung in höhere Klassen.

Die öffentliche Prüfung der beiden Vorbereitungsklassen wird am 23. September, als an dem Schlusse des Schuljahres für diese Klassen stattfinden, nachdem dieselben vom 12. August bis 9. September Ferien gehabt.

Neue Schüler, sowohl in die Vorbereitungsklassen als in das Gymnasium werden Donnerstag den 24. und Freitag den 25. September aufgenommen werden, an welchen sich auch alle schon aufgenommene Schüler bei ihren resp. Ordinarien und Lehrern zu melden, auch das Schulgeld zu entrichten haben. Jeder solche Schüler ist straffällig, der sich nicht an einem dieser beiden Tage gemeldet hat. An denselben Tagen haben die zu Nachprüfungen von uns bestimmten dieselben abzulegen.

Sonnabend den **26.** wird das Schuljahr mit feierlichem Hochamte und Veni sancte spiritus eröffnet, worauf sich alle Schüler zur Anhörung einer Ansprache des Directors in den Prüfungssaal zu begeben haben. Nach derselben werden diejenigen neuen Schüler geprüft werden, welche für eine höhere Klasse als Sexta vorbereitet zu sein glauben. Sonntag ist bereits der gewöhnliche Gottesdienst, an welchem alle katholischen Schüler Theil zu nehmen haben. Montag den 28. beginnt in allen Klassen des Gymnasiums, sowie in beiden Vorbereitungsklassen, der Unterricht.

Zu den vorstehend angekündigten Prüfungen und Festlichkeiten ladet ergebenst ein

der Director des Königl. katholischen Gymnasiums
Dr. Wissowa.

Jahres-Bericht

des

Königlichen katholischen Gymnasiums zu Breslau

für das Schuljahr 18$\frac{65}{66}$

womit

zu der am 20. und 21. September abzuhaltenden

öffentlichen

Prüfung aller Klassen des Gymnasiums

und

der auf Sonnabend den 22. September früh 9 Uhr festgesetzten

Schulfeierlichkeit,

bei welcher

die Prämien vertheilt und die Versetzung bekannt gemacht werden wird,

alle Vorgesetzten, Gönner und Freunde der Anstalt

ergebenst einladet

Dr. August Wissowa,

Director des Gymnasiums und Professor, Ritter des rothen Adlerordens dritter Klasse mit der Schleife und des Königlichen Hausordens von Hohenzollern, Mitglied der Gesellschaft für vaterländische Cultur.

Inhalt: 1) De Euripidis philosophia, pars altera, scr. Jos. Janske, super. ord. magister.
2) Schulnachrichten vom Director.

Breslau,
Druck von Robert Nischkowsky.
1866.

Sonnabend den **26.** wird das Schuljahr mit feierlichem Hochamte und Veni sancte spiritus eröffnet, worauf sich alle Schüler zur Anhörung einer Ansprache des Directors in den Prüfungssaal zu begeben haben. Nach derselben werden diejenigen neuen Schüler geprüft werden, welche für eine höhere Klasse als Sexta vorbereitet zu sein glauben. Sonntag ist bereits der gewöhnliche Gottesdienst, an welchem alle katholischen Schüler Theil zu nehmen haben. Montag den 28. beginnt in allen Klassen des Gymnasiums, sowie in beiden Vorbereitungsklassen, der Unterricht.

Zu den vorstehend angekündigten Prüfungen und Festlichkeiten ladet ergebenst ein

der Director des Königl. katholischen Gymnasiums

Dr. Wissowa.

Jahres-Bericht

des

Königlichen katholischen Gymnasiums zu Breslau

für das Schuljahr $18\frac{65}{66}$

womit

zu der am 20. und 21. September abzuhaltenden

öffentlichen

Prüfung aller Klassen des Gymnasiums

und

der auf Sonnabend den 22. September früh 9 Uhr festgesetzten

Schulfeierlichkeit,

bei welcher

die Prämien vertheilt und die Versetzung bekannt gemacht werden wird,

alle Vorgesetzten, Gönner und Freunde der Anstalt

ergebenst einladet

Dr. August Wissowa,

Director des Gymnasiums und Professor, Ritter des rothen Adlerordens dritter Klasse mit der Schleife und des Königlichen Hausordens von Hohenzollern, Mitglied der Gesellschaft für vaterländische Cultur.

Breslau,
Druck von Robert Nischkowsky.
1866.

De Euripidis philosophia,

pars II.

scrips. J. Janske.

De animo.

Quum sicut in reliquis Euripideae philosophiae partibus, sic in eius sententia de animo manifestissima vestigia reperiantur aliorum philosophorum, priusquam ipsius Euripidis de animo doctrinam enarrem, quid philosophorum principes, qui aut ante eum aut eiusdem aetatis fuerunt, de deo et de hominis animo senserint, paucis praemittendum videtur. Jam primus Anaximander Milesius, qui initio saeculi sexti fuit, docuit, omnium rerum esse principium (ἀρχήν) τὸ ἄπειρον, quod quum πάντα περιέχειν καὶ κυβερνᾶν πάντα, καὶ τοῦτο εἶναι τὸ θεῖον· ἀθάνατον γὰρ καὶ ἀνώλεθρον diceret, fortasse de aëre cogitavit. Aperte autem pro principio rerum habuit aërem Anaximenes, item Milesius, Anaximandri discipulus atque amicus, docuit enim ex aëre omnia fieri et dissoluta iterum in eundem redire, aërem esse nostros animos, qui nos continerent, ac totum mundum spiritum amplecti et aërem [1]). Cum Anaximene consentit Diogenes, Apolloniates Cretensis, qui censuit aërem habere vim et movendi et procreandi et cogitandi, subtilissimum enim esse et caussam rerum omnium et ideo deum; eiusdem generis esse animum, in quo inesset eadem et cogitandi (νόησις) et movendi vis [2]). Jam Heraclitus ille Ephesius, qui circa a. 500. floruit (σκοτεινός), omnium rerum principium esse voluit ignem, quem neque deus ullus fecisset neque homo. Veram vitam esse naturam communem, singulorum animantium vitam morti esse similem, multis vinculis impedimentisque circumscriptam, et quum diceret, vitam, quam nunc viverent homines, revera mortem esse, mortem reditum in vitam, manere homines post mortem, quod neque ipsi exspectarent neque crederent, in quo immortalitatis animi humani significationem inesse multi putaverunt, non cogitavit de vita propria et sui conscia (persönliche Fortdauer), qua post mortem homines gavisuri essent, neque de compensatione meritorum, sed de vita illa communi omnium rerum, in quam mortui redirent [3]). Illud vero constat, Euripidem rationem habere Heracliti dictorum dicentem: τίς δ' οἶδεν, εἰ τὸ ζῆν μέν ἐστι κατθανεῖν, τὸ κατθανεῖν δὲ ζῆν κάτω νομίζεται· [4]) quamquam, id quod infra demonstrabimus, aliam atque Heraclitus vitam post mortem finxit poëta. Ad Pythagoram quum transimus et Pythagoreos, non multum refert, ut internoscamus ipsius scholae auctoris doctrinam et sententias, quas eius discipuli de deo et animo protulerint. Cicero tradit [5]), ipsum Pythagoram docuisse, animum per naturam rerum omnem diffusum et intentum esse neque dubitasse, quin ex illa universa mente, quae per omnes res commearet, animi nostri delibati carperentur. Hinc illud: Pythagoram censuisse, omnem aëra plenum animorum. Quibus conveniens

Diog. Laert. (I, 28): τὴν ψυχήν φησι (Pyth.) ἀπόσπασμα αἰθέρος, ἀθάνατον δὲ αὐτὴν εἶναι, ἐπειδήπερ καὶ τὸ ἀφ' οὗ ἀπέσπασται ἀθάνατόν ἐστιν. Quae doctrina etiamsi num vere sit Pythagorae disputari possit[6]), nam quod est ἐν τοῖς χρυσοῖς ἔπεσι (v. 66. sq.): ἢν δ'ἀπολείψας σῶμα ἐς αἰθέρ' ἐλεύθερον ἔλθῃς, ἔσσεαι ἀθάνατος θεός, ἄμβροτος οὐκ ἔτι θνητός, sine controversia est adulterinum, quoniam omnes, quae feruntur, Pythagorae sententiae, a posteriore auctore proficiscuntur; sed tamen maxime sunt attendenda, quae alii Pythagorei, imprimis Philolaus, acutissimus ille vir, et Empedocles Agrigentinus de deo et de humano animo tradiderunt. Ille enim censuit[7]), commeare per omnes res vim quandam divinam (Weltseele), conjunctam illam quidem cum materia, sed ab hac non oppressam neque obrutam, sese ipsam moventem, certis spatii et temporis ab eadem vi proficiscentis legibus infinitam indigestamque molem fingentem atque formantem. Illa cum corpore coniunctione Pythagoreorum divina vis per totam naturam intenta differt ab Anaxagorae mente, quae exstrinsecus accedens materiam regit formatque. Animum humanum vero, decerptum ab illa divina vi, quem alii Pythagorei se ipsum moventem numerum nominabant, Philolaus docet esse, concentum quemdam et consensum contrariorum (Harmonie von Gegensätzen)[8]). Depressum autem esse animum in corpus humanum, cum quo esset coniugatus, inque idem tanquam in sepulcrum relegatum, ut scelerum quorundam poenas daret[9]). Itaque extorrem putat esse hominem et exsulem, qui defectione quadam a lege divina premeretur neque ad poenas persolvendas, id quod disertissime explicavit Empedocles, in uno eodemque corpore commorari, sed migrare ab alio in aliud corpus, ita ut eundem hominem plantam, piscem, avem, virum, feminam fuisse arbitraretur. Hanc migrationem faciendam esse per triginta milia annorum, quibus circumactis omnes animos in priorem felicitatem restitui[10]). Jam Anaxagoras, cuius quae novo tradidisset de rerum natura, de infinita mente cuncta gubernante, de vanis vulgi opinionibus, Periclem dicit Plato debere eloquentiae suae sublimitatem, egregiam orationis vim et gravitatem, audientium animos mirifice permoventem[11]), haec de divina mente et de animo docuit (nam de reliquis eius philosophiae praeceptis infra, ubi de materia erit libellus, disputabitur). Dissentiens igitur ab aliis philosophis Anaxagoras censuit[12]), mentem esse divinam (νοῦν) per omnia commeantem quidem, sed liberam a corporum concretione, accessisse illam extrinsecus ad rudem et indigestam rerum molem, eamque sua ipsius vi disposuisse, dispositam in membra atque in ordinem redegisse[13]), ipsam esse simplicem, nulli rei admixtam, nulli subditam, eius nutu cuncta regi et administrari, eam solam suapte se vi movere, alieno imperio non subjectam, in ea esse et cognoscendi et intelligendi facultatem, ab illa mente oriundum esse animum vel potius eundem esse animum atque mentem[14]), illum habitare non tantum in hominibus, sed etiam in animalibus et in plantis et, in quibuscunque animalibus, sive in magnis sive in parvis, sive in nobilibus sive in ignobilibus esset animus, de iis imperare mentem, hanc, ubicunque commoraretur, sui esse similem[15]). Hanc sententiam, et maiorem et minorem mentem sui similem esse, fortasse ita intellexit Anaxagoras, ut negaret, aequali ratione mentis esse participes animantes[16]). Itaque secundum Anaxagoram plantae sunt animalia terrae inhaerentia, quae sicut homines sentiant, cupiditatibus moveantur, dum crescunt et radices agunt et folia floresque emittunt, gaudio, dolore, dum flaccescunt et folia decidunt, afficiantur[17]). Prudentissimus autem et sollertissimus est homo omnium animalium, quod forma gaudet accommodatissima et maxime idonea, imprimis, quod manibus, quibus cetera animalia carent, utitur[18]). Ita,

qualis esset natura mentis, universe quidem dixit Anaxagoras, unde vero fieret, ut sentiret et cognosceret, id non explanavit, neque quid sit mens, ex eius verbis videmus[19]). Quamquam nusquam dixit, aërem esse mentem et animum, tamen similem fere aëri utrumque sibi finxisse videtur, id quod ex eo efficitur, quod non satis internoscebat mentem ab animo, ita ut utrumque confundens mentem pro spiritu, quem pulmonibus ducimus, habere videretur[20]). Ex Anaxagorae disciplina apparet, cur deum esse in nobis dixerit Euripides[21]). Jam immortalitatem animorum affirmavit quidem Anaxagoras, quum mentem, unde originem haberent illi, exstingui posse negaret, sed non dixit, utrum post mortem animi vitam sui conscii agerent, an coniuncti et confusi cum illa divina mente permanerent[22]). In horum philosophorum, maxime in Anaxagorae vestigiis insistens Euripides docuit, animum hominis (νοῦν, ψυχήν, πνεῦμα)[23]) divinam originem habere[24]), ex aethere enim, ubi illa mens omnes res gubernans habitaret, decerptum eas virtutes in se retinere, quas in summo deo admiraremur, ita ut animus hominis ipse deus appellari posset. Aethera, qui sanctissimus esset et maxime purus, veram esse animi patriam, unde in terrenum corpus, tanquam alienam domum, translatus esset, ubi non eadem felicitate, qua in coelo gauderet. Ab aethere quidem optime instructus est, nam in eo est mens et consilium et ratio, ita ut bonum a malo, a fugiendo petendum discernere possit, ut, quoscunque fructus terra gignit, prudentia et sollertia in suum usum vertat, ut non solum ingenii acumine reliquis animalibus praestet[25]), sed etiam perdomuerit illa, mansuefecerit vel maxime fera, sive in terra versantur, sive in aëre vel in aqua, ut ex omnibus utilitatem capiat[26]). Animus in causa est, ut lingua utamur, qua facultate inter nos docemus et admonemus et consolamur et omnis communitatis societatisque jucunditate fruimur. In animo etiam ea vis, multo gravissima, quam conscientiam vocamus, inest vigetque, qua virtutem a flagitio, a turpi honestum discernimus, quae nos gaudio afficit, si quid boni, tristitia, si quid mali fecimus. Suis viribus animus omnia superat, ne robustissimorum quidem corporum vires cum animi sagacitate et sollertia comparari potest, in proeliis autem omnibus temporibus longe superiorem corpere se praestitit animus[27]). Jam quaeritur, num Euripides Anaxagoram secutus existimaverit, animalibus quoque et plantis a summo deo copiam factam esse mentis et animi. Nullus quidem locus, ex quo id liqueat, exstat in tragoediis, sed quum aethera genitorem dicat deorum hominumque, aethera et terram parentes animalium et plantarum, quum similitudinem quandam statuat inter homines et animalia et plantas, maxime inter homines et animalia, nam similibus atque homines cibariis animalia aluntur, eundem, quem homines, spiritum ducunt, eodem fere sanguine, qui venis per totum corpus diffunditur, vivunt vigentque, ut hominibus sic animalibus societatis et communitatis est quasi quidam appetitus atque eadem lex est constituta, ut semet prognatos ament et conservare studeant[28]); probabiliter concludi potest, Euripidem in hac quoque re ab Anaxagorae partibus stare. Etiamsi igitur inter utrosque, inter homines et bestias similitudo intercedit, tamen discrimen vel maximum eo apparet, quod bestiae exigua mentis particula impertiuntur, multo majorem homines accipiunt, sicut ipsi homines alii aliis sunt prudentiores et sollertiores et magnam ingeniorum dissimilitudinem ostendunt. Fabula de Minervae et Bacchi ortu docet, quomodo illa differentia explicanda sit. A summo enim aethere, h. e. ab aëre maxime puro Juppiter particulam dissolvit, ex dissoluta finxit illam deam mentis acutissimae, maxime subtilis, quum ad Bacchum formandum medii i. e. densioris aëris particula suffecit. Sic omnino multa

sunt animorum genera neque omnes eodem sunt perfectionis gradu. Qui sapientiores sunt, ii ex superiore aethere, qui hebetiores, ex inferiore aethere sunt decerpti[29]). Sic quoniam secundum Euripidem alios philosophos sequentem omnes animi vel ex aëre vel ex materia aëri simili constant, ab adversariis huius philosophiae animorum immortalitas in dubitationem vocari potest. Quodcunque enim corpus est, id necesse est aliquando in partes dissolvi et natura sua abjecta velut auram evanescere. Sed ex ejusdem philosophiae fonte elucet, nihil omnino earum rerum, quae sunt, interire, sed res mutatis tantum formis aliam in aliam converti et, simulatque aliquid sit mortuum in aliam vitam transire, ita ut omnia cursu suo circulum quendam et orbem expleant[30]).

Omnes animi tanquam ex patria sunt expulsi et in alienum locum translati, in terram, quae genitrix est omnium malorum et vitiorum[31]). Sic qui Dircen fontem draco custodit, qui ab aliis Martis filius, certe Marti sacratus habetur, ab Euripide dicitur terra prognatus[32]); item, quem alii tradunt esse Neptuni progeniem, immanem illum Polyphemum, qui divina humanaque jura permiscebat, terrae filium appellat Euripides[33]). Quid, quod in Trojanis Andromache Helenam, quae immerito Jovis filia habeatur, natam esse dicit ex Furia, ex Invidia, ex Caede, ex Morte et quaecunque mala terra gignat[34]). Dum igitur in terra tanquam hospes versatur animus, ea libertate et felicitate, qua in coelesti domicilio usus fuerat, destituitur, omnia mala atque vitia trahit terrae[35]), cui in aliquod temporis spatium adscribitur. Cum illo optimo coelestis vitae statu comparata hujus terrestris exsilii conditio haud dubie molesta est atque calamitosa[36]). Etenim corporis mole ac pondere aggravatus animus vehementer impeditur, quominus virtuti operam navet eamque vitam degat, qua mens in capite collocata summam imperii habeat atque tum cupiditates coërceat, tum voluntatem regat et ad meliora semper ducat. Ita saepe homines animi perturbationibus oppressi et malis cupiditatibus tanquam demersi mentes suas spissa caligine offundi patiuntur neque amplius legem illam, qua honestum et contrarium discernant, agnoscunt[37]). Atqui male vivere pejus est, quam omnino non nasci aut ipsam mortem subire[38]). Adde fortunae vicissitudines, quae quotidie homini impendent, fragilitatem corporis, infinitam morborum multitudinem, amicos et liberos aut parentes vel morte vel alio casu ereptos, injurias et incommoda ab aliis illata, facultatum bonorumque jacturas, ita ut ab hac parte ante vitae finem beatus esse possit nemo[39]). Nihilo tamen minus plerique omnes optabilem esse putant vitam terrestrem[40]), mortem, que sit summum malum, perhorrescunt. Scilicet ignorant[41]), quae post mortem futura sint et propter fabulas, quae feruntur vanis terroribus impleantur, ne, quum vita exierint, aut apud inferos miseram vitam trahant aut omnino nulli sint[42]). Hac rerum futurarum ignorantia ducti gratulantes conveniunt homines, quum cui filius recens natus est, haud cogitantes, quantis molestiis, quantis aerumnis referta sit vita humana. Contra lamentantes et ejulantes efferimus eos, qui morte nobis sunt erepti[43]). Nonne multo rectius est, deplorare eos, qui hanc vitae conditionem perversam incipiunt, felices praedicare, qui peractis his laboribus in aliam vitae formam transeunt[44]). Sunt sane, qui quum vitae miseriis depressi ingemiscunt aut aetate provecti omnes conditionis humanae vicissitudines ad satietatem in semet ipsis experti sunt, mortem, utpote quae certum malis finem imponat[45]), vehementer exoptent. Verum iidem, si vel paullulum respirarunt, in eandem perversitatem recidunt, ut cupiant vivere, haud cogitantes, hanc nostram vitam proprie mortem esse, mortem, quam dicunt, vitam[46]). Nesciunt fore ut

hanc vitam calamitosam melior consequatur, persimilis ei, quam ipsi dii degunt. Immortalis enim est animus neque tollitur morte, sed necesse est redire eum in illam regionem, unde profectus erat, in aethera[47]). Tum compensatio erit eorum, quae in terris feceris, et boni, quae praemia virtutis, dum inter vivos versabantur, frustra speraverant[48]), accipient et mali pro sceleribus poenas dabunt. Tum illi, corporis vinculis liberati, una erunt cum iis, quoscunque in terris dilexerant, cum uxoribus, liberis, amicis[49]), quid quod cum ipso divino numine summa felicitate fruentur in omnem aeternitatem[50]), non tamen ita, ut animi alius cum alio confundantur et tanquam in unum coalescant, sed ut sui conscii inter alios cumque iis veram et gaudiorum plenam vitam transigant[51]). — Exstat locus in hanc rem maximi momenti in fab. Helen.: καὶ γὰρ τίσις τῶνδ' ἐστὶ τοῖς τε νερτέροις, καὶ τοῖς ἄνωθεν πᾶσιν ἀνθρώποις· ὁ νοῦς τῶν κατθανόντων ζῇ μὲν οὔ, γνώμεν δ' ἔχει ἀθάνατον, εἰς ἀθάνατον αἰθέρ' ἐμπεσών. Haud dubie his verbis Euripides se Anaxagorae discipulum ostendit, sed non ita, ut diceret, animum post mortem hominis prorsus coalescere cum divino numine ejusque sensus omnino confundi cum dei sensibus. Donner verba ita interpretatus est: Zwar lebt er nicht, der Geist der Todten, aber hat ein ewiges Gefühl, sobald er ew'gem Aether sich vermählt. Rectius Fritze: Das Herz der Todten unten fühlt zwar nicht, ihr Geist jedoch ist ewig, denn dem ew'gen Aether floss er zu. Verba ita intelligenda esse videntur: animus post mortem non eo modo vivit, quo quum corpore inclusus erat, sed tamen sui conscius sentit ac viget, non quia in aethera ascendit, sed postquam ascendit[52]). Quae quum ita sint, ait Euripides, quid mortem timemus? Nonne satius est, aequo atque hilari animo in meliorem illam vitam transire, quam cum anxietate et trepidatione diem supremum obire[53]). Etenim qui bene mortui sunt, vivunt potius, quam qui male vivunt[54]).

De materia.

Sententiae Euripidis, quae ad hanc physicorum partem spectant, quarum complures supra commemoravimus, demonstrant, in hac quoque re poëtam consentire cum Anaxagorae[1]) praeceptis; neque desunt aliorum scriptorum testimonia, quae Euripidem praeceptoris sui doctrinam comprobasse docent. Itaque quae significata in fabulis poëtae leguntur, ex illius philosophi decretis suppleri possunt. — Menti sive deo (νοῦς)[2]) contraria est materia (ὕλη), quae a nullo procreata, nam de nihilo nihil umquam effici potest[3]), jam inde ab initio rerum fuit. Sed antequam res, quae nunc oculorum sensu percipiuntur, factae sunt et formatae, nihil erat nisi pondus iners atque rudis indigestaque moles, quae semina quidem omnium rerum tum animantium, tum, quae inanimatae sunt, continebat, sed nullum erat discrimen neque inter siccum et humidum neque inter frigidum et calidum, inter lucidum et obscurum, neque inter parvum et magnum[4]). Ad hanc veluti farraginem mens sive deus accessit et movit (ἐκίνησεν)[5]). A minoribus autem incepit movere, transiit ad majora, ita ut calida a frigidis secernerentur, a siccis humida, a crassis tenuia, terrena ab aëreis[6]). Motio autem, quae in circuli modum fiebat (περιχώρησις)[7]), sensim crescebat, ita ut, quae nondum secreta erant, motionis celeritate et vehementia dissoluta sint et separata[8]). Hac ratione,

quae leviora erant et tenuiora, calida, lucida, sicca, sursum lata sunt, quae graviora erant et densiora, crassa, humida, terrena, et motu impulsa et suapte natura deciderunt et medium mundi locum petierunt[9]). Sic omnia dirempta sunt in coelum et terram[10]), ut graviora a levioribus et subtilioribus magno ambitu circumdarentur. Neque tamen, ubi primum mota est illa congeries, dissimilium et imparium secretio, conjunctio similium absoluta est et perfecta[11]). Nam nunquam cessat illud mentis munus movendi et secernendi et componendi[12]); et hac ratione (συγκρίσει et διακρίσει) res aut intereunt aut oriuntur, nihil enim ex nihilo nascitur, neque quidquam, quod unquam fuit, plane deletur[13]). Totius materiae copia neque minuitur neque augetur et numerus elementorum vel principiorum, ut fuit ab initio rerum infinitus, semper idem manet[14]). Pro elementis autem ea habenda sunt[15]), quae vocantur ὁμοιομέρειαι, ὁμοιομερῆ, ὁμοιομερῆ στοιχεῖα. Quae autem sint homoeomeriae Anaxagorae, jam veteres dissentiunt. Aristoteles (d. generat. et corrupt. I. 1.) ita scribit: τὰ ὁμοιομερῆ στοιχεῖα τίθησιν, οἷον ὀστοῦν καὶ σάρκα καὶ μυελὸν καὶ τῶν ἄλλων, ὧν ἑκάστου τὸ μέρος συνώνυμόν ἐστιν. Aliter Cicero Anaxagoram intellexisse videtur (Acad. quaest. prior. II. 37), scribens: Anaxagoras infinitam materiam (dixit), sed ex ea particulas similes inter se minutas, eas primum confusas, postea in ordinem adductas a mente divina. Audiendus videtur Aristoteles potius, quam Cicero et homoeomeriae ea sunt corpuscula, quorum partes toti ideoque sibimet ipsis similes sunt, sic ossis partes ossicula, sic carnis caruncula[16]). Multis modis homoeomeriae componi possunt: hinc infinita rerum multitudo, hinc summa et admirabilis varietas. Haud recte dicuntur animalia nasci et mori, siquidem componendo oriuntur, animam efflant dissolvendo. Animalia, quum moriuntur, quidquid terrenarum humidarumque partium habent, terrae reddunt, in coelum sive aethera dimittunt, quidquid puri est et splendidi et subtilis in corporibus. Natura et forma rerum a natura homoeomeriarum proficiscitur, nulla enim res ceteris calidior esset aut vehementior, nisi homoeomeriae, ex quibus illa constat, calidam haberent et vehementem naturam; tardiores autem et segniores res sunt, si ex ejusmodi homoeomeriis componuntur[17]). Quamcunque naturam elementa semel acceperunt, ea nunquam privari possunt; nam non eo mentis vis cernitur, ut elementorum naturam deleat vel aliud in aliud convertat, sed eo, ut moveat et componat[18]). Rursus elementa, etsi eam vim insitam habebant, ut res cujusvis generis formare et exprimere possent, tamen ea vi carebant, quae moveret, dissimilia secerneret, conjungeret copularetque similia atque in ordinem cuncta redigeret (διεκόσμησε)[19]). Hac quidem vi praedita erat mens divina, nullius imperio parens, nulli rei adstricta, quae postquam elementa confusa, permixta, propter insitam inertiam sine ullo ordine jacentia movit, leviora in coelum ascendere, medium mundi locum petere graviora jussit, ad res procreandas efficiendasque et ad mundum exornandum ac distinguendum duo quasi adjutores et ministros adjunxit, aethera et terram[20]). Atque hi, quamvis separati, tamen quasi quodam amoris vinculo et connubio conjuncti τίκτουσι πάντα κἀνέδωκαν εἰς φάος δένδρη, πετεινά, θῆρας, οὓς θ' ἅλμη τρέφει, γένος τε θνητῶν (Melan. frg. 6.)[21]) et: γαῖα μεγίστη καὶ Διὸς αἰθὴρ, ὁ μὲν ἀνθρώπων καὶ θεῶν γενέτωρ, ἡ δ' ὑγροβόλους σταγόνας νοτίους παραδεξαμένη τίκτει θνατοὺς, τίκτει δὲ βορὰν, φῦλά τε θηρῶν, ὅθεν οὐκ ἀδίκως μήτηρ πάντων νενόμισται (Chrysipp. frg. 6.)[22]). — Terra autem in medio mundo, quo eam circumfusus aër fert atque continet[23]), ita collocata est, ut, quum primis temporibus coeli axis ab axe terrae recta linea distaret, postquam animalia ex terra procreata sunt, paullum ad meridiem inclinaverit atque hunc, quem tenet, obliquum

locum occupaverit[24]). Effecta est, quo magis habitalis terra esset, coeli temperatio tum illa inclinatione, tum solis radiis, qui quum extentionibus porrecti ad trigoni formam lineantur, efficiunt, ut loca a soli remotiora calidiora sint, temperata propiora[25]). Namque si in circuli modum per totum mundum moverentur, propiora soli flagrarent. Sol autem, quasi suspensus ex coelo globus[26]), igni ardet[27]) et dum maxima celeritate per aëra movetur, cursum tenet a reliquis sideribus diversum[28]), neque tamen ipse deus est, sed ut reliqua corpora coelestia ex materia constat[29]). Stellae autem factae sunt, ubi primum mentis vi et consilio ille omnium elementorum motus effectus est. Magna enim partium densarum et spissarum copia motus celeritate a reliquis abrepta est et longe lateque per aërem lata, donec conglomeratae conglobataeque astra formarunt, quae quoniam per igneas regiones (αἰθέρα) feruntur, et ipsa ignea esse videntur[30]). Quod autem non decidunt in terram, id eo accidit, quod impetu maxime concitato moventur[31]). Non sola terra apta est ad animalia procreanda et sustentanda, sed alia quoque coeli corpora, ut luna, campos habent et montes et convalles et habitationes et homines alunt, similibus, atque haec nostra sunt, studiis operibusque deditos[32]). — Fluvii autem terrae aluntur pluvia et illa aqua, quae in cavernis est collecta. Jam Nili aquae quotannis diffunduntur, quod nives Aethiopiae solis ardore liquefiunt[33]).

De finibus bonorum et malorum.

Omnes homines suo ipsorum impetu eo vehuntur, ut vitae beatae operam navent. Quoniam vero ex animo et ex corpore constant, modo ea sectantur, quae animum gaudiis afficiant, modo ea quaerunt, quae corpori jucunda sint, nonnulli in utrisque spem vitae beatae positam esse putant. Multi divitias laudant, quas si adepti sint, felicissimos se fore opinantur. Divitias enim nobiles reddere homines, neque quemquam magni aestimari, etiamsi honestissimo loco natus sit, nisi qui opibus excellat, neminem esse sapientem, neminem doctum neque formosum, nisi divitem ac locupletem[1]), nummos, non virtutem valere ad principatus et regna adipiscenda, infortunato homine et bene nummato esse ingenium[2]) atque animum, eum nihil non efficere posse, ipsos ab eo deos muneribus et donis moveri[3]) et quum Orphea mirifice fidibus canentem arbores tantum, flumina, bruta animalia secuta sint, universam terram atque etiam inferos cum ipso Plutone parere divitiis. In bellis autem non eorum esse victoriam, quos Mars adjuvet, sed eorum, qui maximam pecuniam habeant[4]). Quid multa, omnium rerum tyrannum esse divitias, quarum amore nemo non vehementissime flagret. Quare homines, quantumvis in ceteris dissentiant, in eo certe et litteratos et illitteratos consentire, ut nihil antiquius habeant, quam ut summo studio divitias venentur et corradant[5]). Etenim si quis nummis valet et pecunia, quamvis servili animo sit, eum ab omnibus magni aestimari vident, contra, qui tenuis est et egens, eum licet omni virtutum genere sit exornatus, despiciunt ac negligunt[6]). Sed simulatque unus alterve ex istis dives factus est, curae oboriuntur, quomodo divitias a furibus defendat et conservet atque

etiam augeat[7]); simul aliorum invidiam excitat et ex summa rerum abundantia non plus fructus capere potest, quam qui illis utuntur, quae ad vitam sustentandam sufficiunt[8]). Copiae quam maximae satietatem quandam afferunt et multi exstiterunt, qui lautarum epularum taedio ducti ex vili et simplici cibo satis oblectamenti superque ceperint[9]). Nihil praeterea prosunt divitiae ei, qui semper est infirma et aegra valetudine[10]). Quid, quod omnibus copiis circumfluens non abstinet ab insolentia et injuria[11]) et tantum abest, ut egestate oppressos adjuvet et sublevet, ut vel maxime offendat et fraudibus circumscribat[12]), denique scelerum conscientia et animi morsibus miserrime agitatur ac torquetur. Postremo temporis puncto iis spoliatur, quae pro fundamento habuerat vitae beatae[13]); idque eo citius, quo injustius comparata fuerant[14]). Nam incerta solet esse fortuna et mutabilis[15]), alternis humi prostratos et animo dejectos erigit sospitatque, evertit[16]) et conficit divitiis confidentes ac tumentes[17]). Verum fac per longum tempus fortunam tibi faventem, paullatim te inscio ad ignaviam descendes et desidiam, quae prima habetur causa omnium malorum[18]). Alii libidinibus et voluptatibus indulgent, quibus abrepti ad omnes animi perturbationes deducuntur et ad extremum, ut ille nefarius Cyclops, verecundia deorum deposita et aequitate in alios neglecta, pessimis quibusque facinoribus demersi turpissime pereunt[19]). Sunt, qui in honoribus et imperiis felicitatis fastigium videre sibi videantur neque quidquam prius agendum arbitrentur, quam ut aliis imperent[20]). Habent illa quidem primo adspectu tantum splendoris ac dulcedinis, ut multi alliciantur et magnam tyrannidem deam praedicent[21]), sed accuratius si consideraveris, plena reperies periculorum et calamitatum[22]). Etenim quum quis regnandi cupiditatem explevit, tum demum sentit, quantas quamque molestas curas susceperit et quum rem familiarem, cognatos, ipsos amicos, denique otium atque tranquillitatem animi ad illud opinabile regni bonum comparandum, omne jus fasque projecit[23]), nihil aliud peregit, nisi ut invidiam inferiorum excitet, quoniam omnium odia conversa sunt in superiores[24]), ut dies noctesque timeat, ne in insidias ab adulatoribus structas incidat aut ab aemulo quodam regno expellatur[25]). In quo retinendo quamvis omne genus cautionis adhibuerit, tamen perniciem evitare non potest. Scilicet quum in dies longius honoribus procedere cupiat, tanquam occaecatus omnia perverse et praepostere facit, neque vera regni firmamenta invenire potest[26]). Et quo altior honoris gradus est, in quem quis sublatus fuerat, eo magis timendum, ne vel puncto temporis graviore casu affligatur[27]). Quid mirum? omnium rerum hominumque salus in illa lege divina consistit, quae ipsa summa aequitas est, qua violata necesse est omnia perturbari ac pessumdari[28]). Multi laudibus efferunt amicos, libertatem, patriam[29]). Fac te abundantem divitiis, honoribus et imperiis conspicuum, plurimos numerabis amicos, sed horum magna pars, simul te animadverterit pauperem et ignobilem et gratia populi destitutum, omissa fide et constantia aufugiet et amicitiae tibi rebus adversis oppresso longe aberunt[30]). Veri amici, quales exemplo sunt Orestes et Pylades, Admetus et Hercules, quum omnium et secundarum et adversarum rerum participes sunt et summa cum amico discrimina subeunt, ne mortem quidem ipsam recusant[31]), afferunt illi quidem magnam vitae jucunditatem et suavitatem, modo sint justi homines atque probi[32]), cum quibus comparata nihili aestimanda sunt neque divitiae neque imperia neque regna aut popularis aura[33]), sed quia vel morte vel alio casu eripi possunt, beatam vitam non efficiunt. At libertas aut patria beatos reddere potest homines. Libertas et nobilitas haud dubie favet litteris et artibus et in libertate optime

excoluntur animi[34]) et scientia, qua etsi summum bonum non contineatur, tamen excitat amorem virtutum, quarum complurium auctor exsistit. Patria autem ea est optabilis, quae excellit elegantia victus et cultus et litteras artesque alit et aëris tenuitate et candore fertilis habetur argutorum et sagacium ingeniorum, qualia non exsistant in aëris crassitudine[35]). Attamen non soli liberi et ingenui ad summum bonum perfruendum nati sunt et vere bonum non tantum in certis quibusdam regionibus invenitur[36]). At ipsa vita merito summum bonum habetur[37]). Multa sane commoda nobis praebuit numen divinum, quippe quod ex barbaris et feris nos fecerit politos et eruditos. Primum enim nobis largitus est deus mentem et prudentiam, deinde linguam, qua cogitata cum aliis communicaremus, agriculturam nos edocuit, qua omne genus terrae fructuum perciperemus, instituit nos, domos aedificare, quibus defenderemus frigora et calores, denique erudivit ad navigationem, qua oras remotissimas peteremus et quibus quaeque rebus abundaret, iis inter nos sublevaremus[38]). Sed ex altera parte, quot quantisque malis in hac terrestri vita stipati sunt homines[39]). Quantis matri subeundis doloribus infans nascitur[40]). Simulatque dispexit, propter infirmitatem et imbecillitatem ipso bruto animali tardior est et hebetior. Quanta illico imminet multitudo morborum, qui jam per totam vitam non cessant minitari! Quantae calamitates eum obsident vel fortunae vel aliorum hominum vel ipsius culpa! Quum parentibus pericula anxie defendentibus adolevit, spei plenissimus summa quaeque tentat atque periclitatur, nihil non suscipit et molitur[41]); sed brevi temporis intervallo interposito omni spe dejectus conqueritur perfracta consilia, irritos labores, cognatos calamitosos, amicos aut perfidos aut amissos, insidiarum plenos inimicos, bella, otia non otiosa, rei familiaris jacturas, molestias calumniarum et criminationum[42]). His interim malis circumsepto obrepit senectus, quasi quendam cumulum aerumnarum afferens[43]). Ab adolescentibus irrisus, neglectus a viris, corpore languido et affecto aggravatus jam nihil exspectat, nisi mortem et ipsam formidolosam, qua tandem dissolutus, sive in nihilum occidit, sive in aliam ignotam vitam transit, tot tantisque laboribus liberatur[44]). Quaecunque a deo dantur, dantur autem bona corporis et fortunae et ipsa vita, ab eodem deo possunt auferri[45]). Omnia mutabilia sunt et fluxa, exceptis iis, quae in ipsius hominis potestate sunt[46]). Quare rectius ii agunt, qui in animi bonis vitam beatam quaerunt. Atque reperiuntur, qui scientia et sollertia excellere cupiant. Quod quidem bonum, quamvis stabile sit et firmum, tamen felices reddere homines non potest[47]). Nam etiam prudentibus sollertibusque multi exsistunt obtrectatores, quorum fraudes illi eo gravius et molestius ferunt, quo prudentiores sunt. Haud pauci, quorum sapientia maxime praedicabatur, sicut illa Medea, liberos ab animi perturbationibus se praestare non potuerunt[48]), donec pravis cupiditatibus et libidinibus obruti foedissime perierunt. Ne illi quidem, qui virtutis unius alteriusve compotes facti erant, tutum otium sibi comparaverunt et animi tranquillitatem, quae certe necessaria habetur ad beate vivendum. Facile enim, qui aut pietate aut castitate aut fortitudine insignes sunt, inducuntur, ut elatius se gerant et ceteris virtutibus neglectis alios despiciant. Quo fit, ut ob insolentiam multa mala perpeti cogantur, aut sicut Hippolytus miserrime occidant. Quae quum ita sint, omnes virtutes justa et recta ratione conjunctas esse oportet in homine, ut animi affectio quasi quandam hormoniam efficiat, tum mentis, tum voluntatis, prorsus conferendam cum chordis suaviter sonantibus. Hunc autem animi concentum ille habebit, qui tenebit τὸ σωφροτεῖν καὶ σέβειν τὰ τῶν θεῶν[49]), quod non cum certa quadam externa condi-

tione conjunctum est, neque enim, si quis dives est aut pauper aut robusto corpore vel nobilibus parentibus natus, hoc tibi documento erit, in eo esse animi magnitudinem vel virtutem[50]. Prima virtutum est et fundamentum pietas erga deum[51], σωφροσύνη autem non tantum iis virtutibus continetur, quae in cognitione, sed etiam iis, quae in actione et in appetitu vertuntur[52]. Quae σωφροσύνη constare non poterit, nisi homo medium quiddam in omni re servabit[53]. Nam sunt „certi fines, quos ultra citraque nequit consistere rectum."

In hac de temperantia (σωφροσύνη) doctrina consentire videtur Euripides cum Socrate, qui et ipse inter sapientiam et temperantiam nullum discrimen statuebat; nam qui honesta (καλὰ καὶ ἀγαθά) cognovisset et illis uteretur et turpia sciret et caveret, eum sapientem et temperantem jndicabat. Jam qui, quodcunque bonum esset et rectum, cognovisset atque exerceret, eum εὐπραξίαν censebat habere[54]. Haec εὐπραξία Euripidi est nummus pretiosissimus, quo qui utetur, multo majora commoda habebit, quam qui auro et argento satis superque instructus erit[55]. Illud bonum neque furibus neque divitiis neque aurae populari obnoxium est et ipsi vitae praeponitur[56]. At invidiam homidum non effugiet. Est istud quidem, nam haec sors communis habetur omnium virtutum, ut suspiciantur, non diligantur, dum incolumes sunt, sublatae desiderentur[57]. Euripidis praeceptum: ne quid nimis, non pertinet ad amicitias neque ad patriam ab hostibus defendendam. Admonentur quidem homines in fab. Hip., ne arctius amicitiarum vincula adducant, sint modicae et laxiores, ne curae intimum pectus commoveant, grave et molestum esse, alteri non minus, quam sibi ipsi consulere, detrimento potius, quam oblectamento esse nimium alterius studium, labefactari valetudinem, si quis de duobus simul laboret. Sed in illo colloquio inter Phaedram et nutricem habito non suam poëta de amicitiis judicium interponit, aperte enim addit: καὶ ξυμφήσουσιν σοφοί μοι (nutrici). Eodemque modo e chori verbis apparet, ea, quae nutrix profert, non esse ex Euripidis animo dicta (v. 460. sqq.):

Φαῖδρα, λέγει μὲν ἥδε χρησιμώτερα
Πρὸς τὴν παροῦσαν ξυμφορὰν, αἰνῶ δὲ σέ.
'Ο δ' αἶνος οὗτος δυςχερέστερος λόγων
Τῶν τῆςδε, καὶ σοὶ μᾶλλον ἀλγίων κλύειν.

Contra aliis locis Euripides amico pro amico omnia pericula subeunda esse dicit, summis laudibus eos effert, qui pro suis, pro patria morte occumbere non recusaverunt. —

Item de finibus malorum in diversissimas partes abeunt sententiae. Magna hominum pars paupertatem summum malum esse putat. Quasi vero is, qui contentus vivit iis, quae ad vitam sustentandam sufficiunt, non possit esse σώφρων, neve possit consequi animi tranquillitatem et aequitatem[58]. Nam quid certi habent et explorati de futuro tempore divites[59]? Fortunam, qua nihil est injustius et iniquius immerito deam vocant, quippe quae augeat ornetque scelestos[60], insontes spoliet et privet re familiari atque, quae est ejus mobilitas, in orbem circumvagetur et promiscue dignis indignis, insipientibus sapientibus caeca sorte munera largiatur, modo huic, modo illi benigna[61]. Jam et divitem et pauperem fac dejici in summam inopiam, utrum tu, quaeso, gravius censes afflictatum iri, pauperem an divitem, utrum minus moleste adversam fortunam laturum? Alter, qui rebus attenuatis assueverat, aequitatem animi servabit, alterius animo semper obversabitur: qualis quantusque fui! nunc quam sum infelix, quam calamitosus[62]! At ignobiles, humili loco

nati, servi, exsules nonne maxime deplorandi sunt[63]? Nonne omnia servi vitia trahunt, ut in depravatis et corporibus et animis paene exstincta videatur virtus[64]? Nonne ipsa morte pejus est exsilium, tristissimum malorum[65]? Verumenimvero ipse deus nullum in procreandis hominibus discrimen statuit, similes ad unum omnes finxit, simili facie formavit, similibus donavit et corporis et animi facultatibus[66]. Ita instructis terram domicilium dedit, cujus plagae, ut aër volucribus, piscibus mare, ac fluvii, quoquo versus paterent. Quaecunque terrae pars fructus gignit, ea patria est[67], neque impedit, quominus virtutis compos fias atque beatus evadas[68]. Quamquam negari non potest, eruditorum hominum et bene moratorum terram praeferendam esse barbarorum et immanium. Ibi enim virtutes, quae praeter indolem institutionem exigunt, facilius et commodius edocemur. Servo praeter nomen exprobrari potest nihil[69]. Divites autem et principes et nobiles eos habemus, qui per aliquod temporis spatium iis rebus, quae vulgo magni aestimantur, exornati sunt[70]. Sicut enim saepe in venusto corpore offendit animi pravitas, sic in liberis corporibus insunt mentes maxime illiberales, ingenia vitiis valde obnoxia[71], contra saepe elucet ea animi praestantia, quae cum ipso deo conferri potest, in servo obscuro atque sordido[72]. Quum vero in magno servorum numero animum humilem et abjectum animadvertimus, profecto causa est ejus rei inopia et egestas et vilis rerum conditio, quae solet esse fons et origo malorum facinorum[73], sed non minora pericula ad degenerandum hominibus impendent a divitiis et honoribus et imperiis[74]. Quamquam enim summis laudibus effertur libertas et nobilitas, tamen multi, qui videntur liberi et ingenui, revera miseram in turpissimo servitio vitam trahunt, unus servit divitiis, alius fortunae, alios movet aura popularis, plurimi scriptis legibus prohibentur, quominus ad suum arbitrium agant. Atqui coactum facere, quod officium jubet, servitus est flagitiosa[75]. Ergo non in externis rebus summum malum quaerendum est, sed in turpi et inhonesto, quod hominem omni modo impedit, ne sit beatus[76]. Inhonestum autem non semper unum est idemque omnibus hominibus, sed quod cuique videtur[77]. Quod qui sectabitur, is etiamsi omnibus terrae bonis exornatus sit, suapte natura beatus esse non poterit[78]. Sua ipsius conscientia male factorum in summa rerum copia miserrime eum vexabit et infelicissimum reddet atque etiamsi nemo accusator exsistat injuriarum, tamen ipsi parietes loquentur et tanquam vindices agitabunt opibus affluentem[79]. Qui vero virtute praeditus erit, is etiam in summis fortunae cruciatibus aequitatem animi, quod fundamentum est vitae beatae, adipiscetur et servabit[80]. Qui a rebus dubiis et incertis felicitatem petit, is queretur, umbram esse hominem, nihil esse funesti, nihil doloris, nihil mali, quod non subeundum sit et tolerandum homini, ita ut denique confiteatur, non esse concessam vitam beatam generi mortalium[81], postremo omnium malorum summum hominem exspectare, ipsam mortem[82]. Sed qui temperans est, qui fortitudinem exercet, qui justitiae finibus tenetur, is confidet felicem esse probum hominem oportere[83], nunquam injustum scelestumque cognovisse vitam beatam, salutis opem esse positam in una justitia[84]. Is nunquam se superbe geret et insolenter, nunquam ipso deo sapientior volet esse, neque vitam degere similem dei[85]; is meminerit, ut in ceteris, sic in hoc de vita humana consilio dei sapientiam ingenio suo obtuso atque hebeti assequi non posse homines[86]. Homo virtutis compos non luctabitur cum deo, quae necessitate coacti ferre debemus, aequo animo feret[87], mortalem se esse reminiscetur, sibi persuadebit, neminem subterfugere posse ne ratione quidem et consilio labores a diis sibi impositos,

omnem sive prosperam sive adversam fortunam a deo proficisci, atque etiam nefas esse, si quis temere conetur obsistere divino numini[88]); quodam solatii genere utetur cogitans, non se solum implicatum vicissitudinibus vitae humanae[89]), considerans, quanta rerum externarum despicientia alii calamitates vitae pertulerint. Sic illi patri de morte filii non consolabili in mentem revocari potuit, respiceret eos, qui vinculis premerentur, qui senescerent sine liberis, sine progenie, denique eos reges, qui a summo potentiae fastigio dejecti essent in miseriam et egestatem[90]). Sic Anaxagoras, quum aetate jam esset provectior et funeri maturus, nuntio de unius filii morte accepto exclamavit: Mortalem eum sciebam[91]). Qui se totum deo sapientissimo justissimo tradiderit, aequo animo feret ea, quae evitari non possunt[92]), neque summum malum mortem habebit[93]), et forte pectus opponet malis humano generi destinatis[94]) semper considerans, homines propter praeclaram indolem magnis rebus natos nunquam secunda fortuna usos esse[95]) et omnino, quicunque beatus fieri velit, ei antea laborandum esse et contendendum[96]), quamquam interdum lacrimas non retinebit[97]), semper, ut ille vir edoctus a sapiente, secum commentabitur futuras miserias, aut mortem acerbam, aut moestam exsilii fugam, aut aliquam mali molem meditabitur, ne, si qua forte invecta sit calamitas, cura subita se nimis laceret[98]), denique comitem vitae habebit spem, quae suaviter hominem sopit et senem tanquam recoquit et revirescere jubet[99]) et sua voluntate gubernat vacillantes hominum animos. Quin etiam, qui tenax est spei, laetus hilarisque frui poterit iis, quae possidet, securus de futuro tempore, ut ille Hercules, qui in domo Admeti servam adhortatur, ut omissa maestitia, neglectis, quae non possint reparari, voluptatibus se committat, quae concedantur[100]). Nam malum vicissim cessat neque semper eaedem procellae saeviunt[101]). Fortunati homines non sunt perpetuo fortunati neque infelices semper infelices[102]), omnia mutabilitati subjecta sunt fortunae[103]), bonus vir is est, qui spem alit et sustentat, desperatio tanquam hereditas est ignavi[104]). Nonne sperando vitam transigit sapiens[105])? denique num quid est, quin sperari possit[106])? Vivamus igitur, nutriamur spe, quoniam res ipsae tam amarae sunt[107]); prima res est, quam teneamus, sine ira et repugnantia vitae casus tolerare[108]), maxime differt a reliquis hominibus is, quem minime mollem deprehendit et iracundum res adversa et occultans lacrimas, ut ille Admetus, dicere potest accipiendo hospiti: mortui sunt mortui[109]). Quamquam haec omnia ejusmodi sunt, quae dicere possumus, non possumus facere[110]). Verumenimvero omni virium contentione laborandum est, ut quod rectum bonumque judicaverimus, consectemur. Sin vitam ex omni parte beatam, ad quam nostro ipsorum impetu ducimur cuncti, dum in hac terra commoramur, adipisci non possumus, quoniam terreni corporis mole circumscribimur[111]), manet nos vita aeterna, in quam quum subvolaverimus, praemiis, quae meritis proposita sunt, afficiemur et quo quis magis praestiterit virtutibus, eo beatiore conditione perfruetur[112]).

De virtutibus earumque officiis. De virtutibus universe.

Quum animus, separatus a puro tenuique aethere, conjungeretur cum corpore ex crassis et terrenis partibus constanti, fieri non potuit, quin magnopere obscuraretur et inquinaretur. Ex hac animi et corporis conjunctione duplex homini natura data est, quarum una divinam originem et aeternitatem demonstrat, altera imbecillitatem et fragilitatem, ut qui illam secutus fuerit, virtutis particeps fiat atque bonus, virtutis expers et improbus, qui alteram. In se ipso quisque et virtutum et peccatorum habet semina. Tota uniuscujusque vita consistit in perpetua contentione et certamine, ex hac parte ad honestum impellitur, ex altera ad turpe et pravum revocatur; hinc pugnat consilium et ratio, illinc temeritas et cupiditas, hinc ardor ille divinus ad optima quaeque enitens, illinc libidinum impetus, qui ad pejora et deteriora detrudit, hinc sceleris commissi poenitentia, illinc major sive irae explendae sive voluptatis adipiscendae aviditas. In sua cujusque est potestate, utrum meliora an pejora eligat. Post multa demum et acria proelia homo fit aut bonus aut scelestus[1]). Quanta dubitatione Medea laborat, antequam nefariam caedem perpetrat; modo irae dulcedine incitata facinus decernit, modo ad sanam mentem revocatur, liberorum amore ducta. Quos dum adspicit, recordatur dolores, quibus eos paruisset, curas, quibus aluisset, spes, quibus exspectasset, fore aliquando, ut se senescentem curarent ac foverent. Jam quum sibi arridentes videt, mollitur durus animus, abjicit mala consilia, constituit liberos servare, servatos secum educere, ne illis necatis duplici moerore afficiatur. Mox subit recordatio inimicorum et irae, mutato consilio, misericordia omissa iterum statuit, gravissimis poenis adversarios afficere, exprobrat sibi ignaviam, sed obdurescente in mitiora verba animo non tolerat miserorum adspectum, abire jubet. Dum recedunt, denuo vacillat, deflectit ad meliorem sententiam, parcere innoxiis constat. At rursus inflammatur ulciscendi cupiditate, per inferos jurat, neutiquam fore, ut inimicis sit ludibrio. Saepe succumbit perturbationum tormentis. Quamquam se detestabile scelus facturam esse sentit, tamen comprimendam esse censet misericordiam ira, quae semper maxima mala hominibus afferat[2]). Sic item Phaedra (fab. Hippol.) quamdiu restitit incesto in privignum amori! Probe sciebat, quid feminam deceret, quid minus, quae mali essent caussae, quid potissimum cavere deberet, quam acerbum patefacta re conjugi comparatura esset dolorem, quantam sibimet ipsi impudicitiae famam conflatura, neque ignorabat, etiamsi per longum tempus latuisset scelus, tamen fore aliquando, ut detegeretur, ceterum principum peccata, mala civium imitatione, in immensum augere perniciem. Quare primo constituit patienter ferre nefandum amorem, temperando coërcere, nemini quidquam patefacere, deinde quum id minus potuisset, morte quaesita miseram vitam finire. Tamen antequam hoc consilium exsequitur, rem aperit nutrici de dominae salute sollicitae, quae, qua erat calliditate, brevi tempore blandis suis fallacibusque sermonibus eo perducit amore captam, ut illa rem cum Hippolyto communicari seque ipsam magica arte sanari patiatur. Scilicet suboriebatur spes Phaedrae, fore, ut in animum privigni se insinuaret. Ab hac spe dejecta, nam ne digitum quidem a castitate recessit Hippolytus, turpissimo consilio turpius etiam flagitium addidit. Quam enim semel ingressa erat malam viam, in ea ita perrexit, ut priusquam

suspendio se interimeret, in litteris Theseo tradendis de vi a privigno sibi intentata quereretur, quo implacabile patris odium in filium converteret. — Ex altera parte per vias laborum periculorumque plenissimas pedetentim homines in summum virtutis fastigium evehuntur. Quis animi magnitudinem Iphigeniae Aulidensis non summa admiratione dignam habeat? Illa in spem matrimonii cum clarissimo Graecorum principe Achille ineundi a matre in castra ad Aulidem adducitur. Vita omnibus, quicunque in terra versantur, cara, carior etiam virgini ob juvenilem aetatem atque ob patrem post longum tempus receptum, carissima propter nuptias, in quibus suavissimas spes posuerat, illico eripienda est Iphigeniae, illo tempore nihil minus quam mortem timenti. Ipse pater per speciem prosperi belli eventus, quem ex mactata filia speraret, revera gloriae cupiditate ductus eam interficere constituerat. Neque matris preces, neque filiae, per Orestem parvulum, quem in manibus gestabat, per deum hominumque fidem obtestantis, quidquam perficiunt. Permanet pater in proposito consilio. Ne Achilles quidem intercedens neque Agamemnonis neque militum mortem Iphigeniae importune poscentium pertinaces animos movet. Jamque res in eo erat, ut per vim puella regia ad aram traheretur, quum ecce! procedit generosa virgo, coram omnibus patri denuntiat, quandoquidem omnes Graeci in se una spem salutis positam haberent, sese sua sponte udituram pro patria immolandam, neque concessuram, ut morte non voluntaria sua de universis Graecis merita imminuerentur[3]). Inutile esse auxilium ab Achille sibi oblatum, se unicam et immortalem gloriam praeferre vitae omni suavitate et amoenitate exornatae. Ceterum ut Iphigenia virtutis laudem, quam petebat, adepta est, sic Agamemnon malae ambitioni succubuit, quantumvis et ipse multum diuque cupiditati restitisset. Iphigeniae simillima exstitit Polyxena (fab. Helen.)[4]), exstitit Macaria (Heraclid.). Haec post patris mortem cum fratribus sororibusque exsul per omnes errores, per omnia fugae mala honesti semina servaverat. Quum fugitivi, inimicorum iram timentes, in Atheniensium terram venissent, a Demophonte rege liberaliter excipiuntur, neque eum poenitet, miseros ab injuriis defendere, dummodo, ut ex deorum voluntate esset constitutum, nobilis aliqua virgo inveniretur, quae pro illis mortem subiret. Dum hanc novam calamitatem deplorat Jolaus jamque de salute desperat, se diis morem gesturam affirmat illa vetatque tutorem Jolaum rem sorti committere. Suo ipsius impetu, non coacta, pro sua gente mortem perpetitur et sempiternam magni animi laudem sibi comparat. In eadem tragoedia quanta est Jolai continentia! Is, quum Argis vitam umbratilem ac delicatam agere posset, maluit suorum commodorum immemor summa quaeque pericula subire, ut Herculis amici et cognati pietatem ostenderet. Quum Hercules exantlatis laboribus interisset, tum vero cognosceres fidelissimi amici per omnes casus atque aerumnas patientiam atque constantiam. Nusquam cessavit a laboribus, nullo loco Herculis progeniem a malitia insequentium non defendit, donec Demophontis opera omnes conservati sunt. — Plurima reperias in hominibus tum virtutum, tum vitiorum genera, illae proficiscuntur a meliore hominis parte, in qua lex divina habitat, haec a corpore, quod est elementum menti contrarium et auctor suasorque omnium peccatorum. Qui res graviores ac coelestes tractat, qui rerum originem investigat et quaerit, unde gubernentur et conserventur, cujus nutu et imperio sol terras collustret, quae vis corpora coelestia moveat, quid sit animus, qui fons mali atque honesti, quae conditio, qui status hominum post mortem, ejus sapientia

(σοφία) praedicatur[5]). Justitia (δικαιοσύνη) exornatus est, qui scit, quid cuique sit tribuendum, qui ab alterius rebus manus abstinet, neque tantum injuriam non infert, sed etiam, quum potest, arcet ac repellit, qui non sectatur honores aut imperia, quibus aequitas subvertitur[6]). Fortitudinem (ἀνδρείαν) autem non tantum ejus laudamus, qui hostes patriae alacri animo invadit neque recusat vitam profundere pro salute civium, sed multo magis ejus, qui adversae fortunae plagas patienter tolerat neque, quum morbo, egestate, infamia, alio miseriarum genere torquetur, frangitur aut debilitatur[7]). Denique qui iram coërcet et avaritiae resistit et invidiam ex animo expellit et voluptates omnesque turpes cupiditates in se supprimit, ei temperantiae (ἐγκρατείας) laus tribuitur[8]). E vitiis, quae virtutibus contraria sunt maxime patet injustitia (ἀδικία). Quotus enim quisque est, qui non omnia suo commodo metiatur, qui non lucri caussa pessima quaeque tentet, qui non cives, amicos, ipsam patriam prodat, dummodo honores aut opes sibi comparet[9]). Illius vitii socia est invidentia[10]), quae exsistit, quum homines ab aliis se vel honore vel opibus superari aegre ferunt[11]), quam nisi quis, nt primum animo obrepsit, exstirpaverit, in magno erit periculo, ne mox in pejora labatur. Non minor neque minus vulgaris generis humani pestis habetur ira, quae simulac furoris instar animos hominum occupavit, rabidorum leonum similes ita transversos agit, ut longe lateque omnia devastantes sibi ipsis summa mala afferant[12]). Hoc vitio exstirpato nullum amplius inter homines bellum gereretur. Intemperantiae autem et incontinentiae malum ut maxime inhaeret terrenarum partium naturam sequentibus, ita maxime impedit, quominus altioribus rebus et sublimioribus operam navent[13]) atque efficit, ut in dies similiores exsistant brutorum animalium[14]). Quam quidem similitudinem etiam auget stultitia et insipientia, quae plerumque comes est intemperantiae. Quamvis enim ipse deus nos iisdem cum animalibus cibariis uti, eundem spiritum ducere, eodem per venas in totum corpus diffuso sanguine vigere, nonnullas praeterea bestias quibusdam virtutibus, ut amore pullorum, memoria, quodam prudentiae genere praestare voluerit, ut divinae originis particula exornatae esse videantur, tamen maximum discrimen eo statuit, ut turpe ab honesto, a vitio virtutem discerneremus, futura provideremus, dei notionem animo comprehenderemus atque colloquendi facultate praediti societatum civitatumque vinculis suavissimis teneremur. Inferiores animi vires animalibus concessae sunt, denegatae majores, quae in capite, tanquam in arce, collocatae a patribus in liberos transferuntur. A fortibus plerumque fortes creantur et boni, quamquam saepe fit, ut homines virtutibus et animi facultatibus abunde instructi pravos et exigua indole praeditos gignant, contra malorum patrum filii exsistant generosi et honesti. Quod ingenii deest, id institutione et disciplina refici potest et compleri[15]). Nam ut multis tum necessitatis tum voluptatis artibus pueri formantur, sic virtutem doceri posse nemo infitias ibit[16]). Quum autem e pigritia et ignavia et mollitie non minora exoriantur peccata[17]), quam ex inscitia et ignorantia, non sufficit docuisse, quid sit honestum, quid turpe, quae virtutes sint, quae vitia, siquidem prudentissimus quisque non semper idem est optimus, sed necesse est, ignaviam tanquam acerrimam virtutum hostem oppugnare ac repellere et constantem et firmum reddere animum[18]), ne primo quoque vel malorum hominum vel detestabilium cupiditatum impetu bonis consiliis depellatur neve iterum ac tertio perfugium habeat scelerum. — Quod igitur quadripatitam in hac disputatione feci virtutem Euripidis, hac re, credo, neminem offendam, quum Euripides,

dissentiens a Socrate[19]), identidem neget, qui quod rectum sit sciat, eundem, quod perspexerit, continuo facere. Ex Socratis doctrina tres sunt virtutes: justitia, fortitudo, temperantia, quae conjunctae sapientiam efficiunt[20]). —

Postquam haec conscripta sunt, tres aliorum auctorum libellos, qui eandem fere rem tractant, inspiciendi occasio mihi data est, quorum quidem primus est in annalibus gymnas. August. Trevir. 1862: Der Todesgedanke bei den Griechen. Eine historische Entwickelung, mit besonderer Rücksicht auf Epikur und den römischen Dichter Lucrez. scrips. Dir. Dr. Reisacker, ubi de Euripide disputatur p. 16. sqq., alter in annalibus gymn. Cathol. ad eccles. Apost. Colon. 1863: Theologumena Euripidis tragici. scrips. Dr. Spengler (de origine mundi et interitu. de natura deorum); tertius in annal. gymn. Parchim. 1863: Zur Theologie und Ethik des Euripides. Vom Dir. Dr. Fr. Lübker, has partes continens: 1. Die Macht und das Wesen der Götter. 2. Der Götterstaat und Götterdienst. 3. Die Verbindungen der Götter- und Menschenwelt. 4. Verhängniss und Tod. 5. Fluch und Rache, Schuld und Strafe. 6. Die Welt und das Leben. 7. Die sittliche Gemeinschaft. Jam hunc virum doct. de duabus rebus, de quibus maxime agitur, mecum consentire video. Summum enim bonum Euripidis supra posui: τὸ σωφρονεῖν καὶ σέβειν τὰ τῶν θεῶν. Simili modo Lübker (p. 44.) judicat: Man darf kühn behaupten, dass der Dichter in dem σώφρων den wesentlichen Vollbegriff der Tugend erfasst, insofern Gerechtigkeit und Keuschheit, ja der ganze sittliche Adel darin befasst erscheint, sqq. — Deinde persuadere mihi non possum, id quod a plerisque affirmatur, fabulam Bacchas Euripidem composuisse eo consilio, ut se suam de deorum cultu sententiam mutasse et ad vulgi superstitionem redisse demonstraret. Praeterquam enim quod illa horribilia, quae Bacchum sequentes perpetrant, poëta sic depingit et illustrat, ut deterrere potius a dei caerimoniis, quam commendare eas videatur, etiam saltantes in dei honorem in eadem fabula facit Tiresiam et Cadmum, utrumque senem, ut irridendos potius, quam imitandos repreesentare voluerit. Constat autem, illo tempore Athenienses in duas partes divisos fuisse, alteros morum priscorum et obsoletorum laudatores, alteros novarum rerum cupidos, et illis favisse inter alios Aristophanem, Niciam, his Socratem, Alcibiadem, Euripidem. Jam ubicunque occasio offerebatur, irrisioni objiciebat poëta veterum consuetudinum amantes, ita ut omnino aetate provectiores garrulos induceret et nugatores et cum studio quodam et amore partes vel ridiculas vel odiosas senibus, ut Jolao, Amphitryoni, servo Crëusae (cfr. Maign. p. 73. sq.) tribueret. Rectius igitur de consilio fabulae Baccharum Lübker (p. 19.) judicat: Mit besonderer Vorliebe hat der Dichter den Mythos des Dionysos in den Bacchen behandelt und man fühlt sich versucht anzunehmen, dass dieses geflissentliche Eingehen darauf besondere Gründe gehabt haben müsse, wie denn Einige es schon als eine seinem späten Lebensalter angehörende Retraktation früherer Bekämpfung des überlieferten Glaubens aufgefasst haben. Es treten aber auch hier die religiösen Gegensätze schroff hervor und es lässt sich kaum mit Bestimmtheit sagen, ob der Dichter mit dem Ausgange der Handlung die Wahrheit des Mythos mehr habe bestätigen oder durch ihre furchtbare Wirkung von ihr abschrecken wollen. Die rationalisirende Neigung des Dichters lässt sich in dem Ganzen nicht verkennen; der Gegenstand bot ihm reiche Gelegenheit dazu, denn er spiegelte ihm allgemeine Wahrheiten in angemessener mythischer Form etc.

Adnotationes. De animo.

---

1) Plut. de plac. phil. I, 3. Cfr. Cic. nat. deor. I, 10.

2) Arist. I, 2. Cic. de nat. deor. I. 12.: aëre utitur deo. Cfr. Steinhart in prooemio ad Plat. Phaed. not. 12, ubi censet, accuratiorem de aëre et de animo definitionem non esse ipsius Diogenis, sed Aristotelis doctrinam illius interpretantis.

3) V. Steinhart in prooem. ad Plat. Phaed. pag. 379 et adn. 30. Docuit Heraclitus: et vitam et mortem utramque et in vita et in morte nostra esse, homines mortem deorum vivere eorumque vitam mori, homines mortales deos esse, immortales homines deos. Cic. de nat. deor. 3, 14.: „omnia Stoici solent ad igneam vim referre, Heraclitum, ut opinor, sequentes.“ Huius philosophi doctrinam respicientes commenti sunt, hominum animos post mortem stellarum formis indutos in coelo splendere idque eo clariores, quo purior eorum ignis esset. Cfr. Arist. pax. v. 786. sq.

4) Polyid. frg. 7. et Phrixus. frg. 14, unde exorta est Aristoph. in Ran. irrisio Euripidis. (Tragoediarum loci Euripidis citantur secundum Bothium. Lips. 1825. 1826. fragmenta secundum Matthiae. Lips. 1829.)

5) De nat. deor. I, 11. addit Cic.: si animi humani ex animo divino carperentur, discerpi deum et dilacerari neque quidquam ignorare hominem, si deus esset etc.

6) Complures affirmarunt, Ciceronem tradentem, Pythagoram docuisse, deum esse animum per omnem rerum naturam diffusum, ex posteriore fonte minus certo hausisse. Quin etiam Susemihl (v. Steinhart. ad Platon. IV pag. 552, adnot. 24) conjecit, illius mentis per totam rerum naturam commeantis auctorem esse Platonem, non Pythagoreos. Quam sententiam nimis audacem esse Steinhart l. s. l. docuit, quum Pythagorei, in primis Philolaus, multo magis Empedocles, dilucida perspicuitate illam doctrinam perhibeant.

7) v. Steinhart ad Plat. IV. p. 377. Ipsum Philolaum animum dixisse numerum, praeterea hormoniam quandam corporis. v. ibid. p. 552. adnot. 25. Quod vitium traxerit illa de animo doctrina obscura et perplexa, ita ut, num esset animus et viveret, num simplex esset, quaeri posset, idem Steinhart docuit p. 377.

8) v. Steinhart ad Plat. IV. p. 5.

9) v. Steinhart ad Plat. IV. p. 547. adnot. 1. Cic. illam doctrinam, animum in vinculis humani corporis teneri, Pythagorae attribuit, Tuscul. I, 30. De republ. VI, 14: „Si vivunt, qui ex corporum vinculis tanquam e carcere evolaverunt: vestra vero, quae dicitur, vita mors est.“ De senect. c. 20. 73. Cicero dicit: vetat Pythagoras, injussu imperatoris, id est dei, de praesidio et statione vitae decedere. Hoc loco igitur Cicero illam Platonis φρουράν (Phaed. p. 62.), quae sine controversia est carcer, ut recte animadvertit Steinhart, neglecto illius loci Platonici contextu interpretatus est „praesidium, stationem.“

10) In his sibi non constitisse Empedoclem, quum modo hominum defectione a lege divina, modo sempiterna quadam necessitate factum esse diceret, ut animi humani ad illam diuturnam migrationem damnarentur, monuit Steinhart ad Plat. IV, p. 163. adnot. 5.

11) Plato in Phaedr. p. 270. Simul eodem loco depravatam Socratis imaginem, quam Aristophanes in Nubibus depinxit nugas et ineptias philosophiam Anaxagorae appellando, significavit.

12) „Anaxagoras, primus summi et veri dei inter Graecos sacerdos, frustra hactenus quaesitam veritatem ex intimo naturae sacrario in lucem proferre ausus est.“ Sunt verba Meinersii; v. Schneither. disputatio de Euripide philosopho. Groningae. p. 17.

13) v. priorem h. l. partem in program. Gymn. cathol. 1857. p. 10. Cfr. Steinhart ad Plat. IV. p. 376, ubi Anaxagoras auctor nominatur rectae rationis, quae intercedat inter mentem et materiam.

14) Cfr. Steinhart l. l. IV p. 581. — Plat. Cratylus. p. 413. C.: *τὸ δίκαιον, ὃ λέγει Ἀναξαγόρας νοῦν εἶναι τοῦτο, αὐτοκράτορα γὰρ αὐτὸν ὄντα καὶ οὐδενὶ μεμιγμένον, πάντα φησὶν αὐτὸν κοσμεῖν τὰ πράγματα διὰ πάντων ἰόντα.*

15) Aristot. de anima. I, 2. *Ἀναξαγόρας δὲ ἧττον διασαφεῖ περὶ αὐτῶν. πολλαχοῦ μὲν γὰρ τὸ αἴτιον τοῦ καλῶς καὶ ὀρθῶς τὸν νοῦν λέγει. ἑτέρωθι δὲ τὸν νοῦν εἶναι τὸν αὐτὸν τῇ ψυχῇ· ἐν ἅπασι γὰρ ὑπάρχειν αὐτὸν τοῖς ζώοις καὶ μεγάλοις καὶ μικροῖς καὶ τιμίοις καὶ ἀτιμιωτέροις.* — Aristot. de plant. I. 1. *ὁ δὲ Ἀναξαγόρας καὶ ὁ Δημόκριτος καὶ ὁ Ἐμπεδοκλῆς καὶ νοῦν καὶ γνῶσιν ἔχειν εἶπον τὰ φυτά.* Cfr. schol. ad Aristoph. Nub. v. 234 et 265. — Cfr. Anaxag. frg. 7. (ed. Schaubach.) et frgm. 8. Plut. quaest. nat. 1. (ed. Hutten) vol. XIII. p. 1. *ζῶον γὰρ ἔγγειον τὸ φυτὸν εἶναι, οἱ περὶ Πλάτωνα καὶ Ἀναξαγόραν καὶ Δημόκριτον οἴονται.*

16) v. Steinhart ad Plat. IV. p 553. adnot. 29.

17) v. adnot. 15. Cfr. Aristot. plant. I, 1. *Ἀναξαγόρας μὲν οὖν καὶ Ἐμπεδοκλῆς, ἐπιθυμίᾳ ταῦτα (φυτά) κινεῖσθαι λέγουσιν, αἰσθάνεσθαί τε καὶ λυπεῖσθαι καὶ ἥδεσθαι διαβεβαιοῦνται· ὧν ὁ μὲν Ἀναξαγόρας καὶ ζῶα εἶναι καὶ ἥδεσθαι καὶ λυπεῖσθαι εἶπε, τῇ τε ἀποῤῥοῇ τῶν φύλλων καὶ τῇ αὐξήσει τοῦτο ἐκλαμβάνων.*

18) Aristot. de part. anim. IV, 10: *Ἀναξαγόρας μὲν οὖν φησι διὰ τὸ χεῖρας ἔχειν φρονιμώτατον εἶναι τῶν ζώων τὸν ἄνθρωπον.* Cfr. Schaubach. l. c. p. 188. sq.

19) Cfr. Steinhart ad Plat. IV. p. 551. adnot. 22, ubi Aristoteles citatur de anim. I, 2. „Solus Anaxagoras mentem nominat omnis doloris expertem.“

20) Cfr. Plut.: *οἱ δ' ἀπὸ Ἀναξογόρου τὴν ψυχὴν ἀεροειδῆ ἔλεγόν τε καὶ σῶμα.* Cfr. Schneither. l. l. p. 42. sq et Bouterweck l. l. p. 12. Cfr. Barnes. ad Helen. v. 964: Ambigue Anaxagoram nec satis accurate disputasse de vocibus *νοῦς* et *ψυχή*. v. Schaubach. l. c. p. 186. sq.

21) In hac re longius processisse Euripidem, quam Anaxagoram, docet Jessen in prgrm.: Ueber den religiösen Standpunkt des Euripides, 2. Abschnitt. Flensburg. 1849. (pag. 13.)

22) Cfr. Schneither. l. l. p. 18 sqq,

23) Quod Euripides, utpote poëta, vocibus *πνεῦμα, ψυχή, νοῦς* multis locis eandem vim tribuit, ut animum significent, in eo, qui offendatur, nemo reperietur.

24) Incert. tragoed. frg. 183: *θεὸς γάρ τις ἐν ἡμῖν.* Cfr. Cic. Tuscul. I. c. 26.

25) Trojan. v. 640—45.

26) Aeol. frg. 24. cfr. Fickert: Senec. de nat. deor. (progr. Elisabeth. gymn. 1857) p. 20, ubi similis locus citatur. Bnf. II. 29, 4, comparatus cum loco Scripturae Sacr.

27) Cfr. Cic. N. D. l. 2. c. 59. Kuehner (Ciceronis in philosophiam merita. Hamburg. 1825.) p. 212. Jessen. l. l. p. 13.

28) Dictys. frg. IV. — Tragoed. incert. frg. 183.

29) Quin etiam illam vanam imaginem, quae speciem Helenae gerebat, secundum Euripidem Juppiter finxisse dicitur ex aëre. Cfr. Helen. v. 1161, aliis locis.

30) Steinhart in prooem. ad Phaedon. Plat. IV. p. 435.

31) Belleroph. frg. 3. Orest. v. 126.: *ὦ φύσις, ἐν ἀνθρώποισιν ὡς μέγ' εἶ κακὸν, σωτήριόν τε τοῖς καλῶς κεκτημένοις.*

32) Phoeniss. v. 877.

33) Cyclops. v. 621.

34) Trojan. v. 739. sqq. Imprimis conferendus est Hasse: Ursprung, Gegensatz und Kampf des Guten und Bösen im Menschen. Entwickelt aus der physischen Lehre des Euripides. Magdeburg. 1859. p. 13. sqq. Omnino hic libellus dignissimus est, qui legatur, tum propter diligentiam, qua compositus est, tum propter doctrinae subtilitatem et dicendi facultatem et elegantiam,

35) Belleroph. frg. 3: *ὡς ἔμφυτος μὲν πᾶσιν ἀνθρώποις κάκη.* Phoenix frg. 12. — De duplici hominis natura, de illa coelesti et hac terrestri, quae semper secum pugnant, v. Hass. l. l. p. 11. adnot. 2.

36) Hippol. v. 167. Hercul. fur. 1147. sqq. Belleroph. frg. 20. — Hypsipl. frg. 6. — Incert. tragoed. frg. 150 et 160. Cfr. Hasse. p. 25. sq. Plato censet, animum humanum jam fuisse, antequam in corpus detruderetur, malas autem cupiditates, in quas incidisset, efficisse, ut in terram tanquam in exsilium mitteretur. Speck. l. l. p. 4. — Euripidis doctrina de infelici hominum in terra conditione comparari potest cum Empedoclis de eadem re sententiis. — Quod contristabatur poëta hominum fragilitate et imbecillitate, hinc Euripidis morositas animi et maestitia: v. prior. part. meam de Eur. p. 20. Cfr. Moschop. vit. Eur.: *σκυθρωπὸς δὲ τὸ εἶδος ἦν καὶ ἀμειδὴς καὶ φεύγων τὰς συνουσίας. ὅθεν καὶ μισογύνης ἐδοξάσθη.* et vit. Euripid. ex cod. Havniens. Thom. M. vit. Eurip.: *ἦν δὲ σύννους καὶ στρυφνὸς τὸ ἦθος καὶ σκυθρωπὸς, καθὰ καὶ Ἀριστοφάνης σκώπτων φησί· στρυφνὸς δὲ ἔμοιγε προσειπεῖν Εὐριπίδης.* Cfr. Hass. pars I. p. 5. et 25.

37) Ad Hecub. v. 284. scholiasta adnotat.: *εἰς τρία μεριζομένης τῆς ψυχῆς, εἰς λογικὸν, θυμικὸν καὶ ἐπιθυμητικὸν . . . τὸ μὲν θυμικὸν ἔγκειται παρὰ τὴν καρδίαν· τὸ δὲ ἐπιθυμητικὸν παρὰ τὸ ἧπαρ· τὸ δὲ λογιστικὸν παρὰ τὸ ἐγκέφαλον, ὃ καὶ λόγον αὐτοκράτορα ἔχει πρὸς ἐκεῖνα.* Hunc animum tripartitum, de quo apud Platona legitur (Cfr. Dr. Speck l. l. p. 2.), Euripidi quoque notum fuisse probabile est. — Illam Platonis de animo doctrinam magis excoluit Aristoteles. Xenophon (Cyrop. VI, l. 41.) duplicem animum, bonum et malum, internoscit. Cfr. Hass. pars II. p. 14. adn. 2. — Commixtio igitur quaedam est in homine duarum naturarum, illius melioris divinae et deterioris ex corpore proficiscentis, quae semper secum pugnant et maxime refert, utra ex illo certamine superior evadat: *οὐκ ἂν γένοιτο χωρὶς ἐσθλὰ καὶ κακὰ, ἀλλ' ἔστι τις σύγκρασις, ὥστ' ἔχειν καλῶς.* Cfr. Valcken. l. c. p. 238.

38) Hecub. v. 357. sqq.: *μῆτερ, σὺ δ' ἡμῖν μηδὲν ἐμποδὼν γένῃ λέγουσα, μηδὲ δρῶσα· συμβούλου δέ μοι θανεῖν, πρὶν αἰσχρῶν μὴ κατ' ἀξίαν τυχεῖν . . . θανὼν δ' ἂν εἴη μᾶλλον εὐτυχέστερος ἢ ζῶν· τὸ γὰρ ζῆν μὴ καλῶς μέγας πόνος.*

39) Androm. v. 99—101: *χρὴ δ' οὔποτ' εἰπεῖν οὐδέν' ὄλβιον βροτῶν, πρὶν ἂν θανόντος τὴν τελευταίαν ἴδῃς, ὅπως περάσας ἡμέραν ἥξει κάτω.* Cfr. Heraclid. v. 836—839. Jon. v. 343 sqq. Verba: *ἓν δ' ἂν εὐτυχὲς μόλις ποτ' ἐξεύροι τις ἀνθρώπων βίῳ* recte videtur explicare Matthiae: felicitatem unius generis, ideoque unam eandemque felicitatem, quae sine varietate perdurat, continuam, et similiter Grotius. Cfr. Hass. l. l. p. 25. adn. 1. — Incert. tragoed. frg. 160. — Iphig. Taur. v. 425. sqq. — Orest. v. 948. Hippol. v. 185. Phoenix. frg. 9. Hypsip. frg. 6. — In omnium aetatum scriptis leguntur querelae de miseriis, de vanitate vitae humanae. Thales inter mortem et vitam nullum discrimen statuit. Quaerenti enim ex eo, cur non moreretur, respondit: Quod nullum discrimen est. v. Thudichum in interpretatione Sophocl. tom. I. p. 311. sqq. — Trojan. v. 609. sqq. — Cfr. Cic. de senect. c. 23. Cfr. Steinhart ad Plat. Phaed. l. c. IV. p. 563. adn. 65.

40) Alcest. v. 666.

41) Phoenix. frg. 9.: *τὸ ζῆν γὰρ ἴσμεν· τοῦ θανεῖν δ' ἀπειρίᾳ πᾶς τις φοβεῖται φῶς λιπεῖν τόδ' ἡλίου.*

42) Phoenix. frg. 9. — Hippol. v. 169—74. Cfr. schol. ad h. l.

43) Melanip. frg. 8.

44) Alcest. v. 905. sqq. — Hecub. v. 186. sqq.: Polyxena, postquam sibi moriendum esse audivit, matris calamitatem deplorat, ut superstitis, ipsius, quippe quae moritura sit, fortunam esse meliorem. — Iphig. Taur. v. 435. sq. — Incert. trag. frg. 148. — Cfr. Cic. Tusc. I. 49. Cfr. Hass. l. c. p. 10: Quoniam mors ab omni miseria homines liberat, Talthybius praeco respectu habito laborum, quos filia effugiat, de hac morti destinata Hecubam senem consolatur: *ἔχει πότμος νιν, ὥστ' ἀπηλλάχθαι κακῶν.* — Cresphont. frg. 13., quem locum latine interpretatus est Cicero in Tusc. I. 48, ubi Silenus docuisse dicitur regem Midam, non nasci homini longe optimum esse, proximum autem, quam primum mori. — Jam veteres Thraces non laetabundi, sed lamentantes recens natos accipiebant. v. Steinhart. prooem. ad Phaed. IV. p. 563. adn. 65. — Mortem bonum potius esse, quam malum, cfr. Nuesslin. l. l. p. 102. sq. Supplic. v. 964. sqq. — Melanip. frg. 8.

45) Heracl. v. 578. sqq.

46) Erech. frg. 11. — Incert. trag. frg. 148. — Polyid. frg. 7: *τίς δ' οἶδεν, εἰ τὸ ζῆν, κ. τ. λ.*, quae sententia iisdem verbis repetitur Phrix. 14. Cfr. Aristoph. Ran. 1082 (ed. Teubn.). ibid. v. 1404. sq. — Incert. trag. frg. 138. Aristoph. Ran. v. 420: Athenienses viventes mortui dicuntur. — Plat. Gorg. p. 492. Cic. Tusc. I. c. 31. —

Cfr. Hass. prs. II. p. 9, adn. 2: Merkwürdiger Weise haben solche und ähnliche, die Wahrheit allerdings nicht unbedingt aussprechende Fragen Veranlassung gegeben, den Euripides den skeptischen Naturen beizuzählen, die an allem Ueberlieferten zweifeln, ohne ein Positives an seine Stelle zu setzen. Mit entschiedenem Unrecht. Dass er mit vielen seiner Zeitgenossen dem überlieferten Volksglauben untreu geworden, ist keinem Zweifel unterworfen: aber ebensowenig, dass er allmählig eine durchgebildete und consequente philosophische Ansicht gewonnen habe, wenn auch vielleicht zuzugeben ist, dass dieselbe am späten Abend seines Lebens wieder wankend geworden (Bernhardy, griech. Litt. I, 329. II, 878).

47) Orest. v. 1058. sqq., quae verba ex Euripidis sensu unus scholiast. ita interpretatur: *μήτε τὸ σῶμά μου ἀποθανόντος ἡ γῆ παραδέξαιτο, μήτε εἰς αἰθέρα ἡ ἐμὴ ψυχὴ χωρήσαι, εἴ σε προδοίην. κ. τ. λ.*, alter: *ὃ ἐστιν ἀποθανὼν μὴ ἑνωθείην στοιχείοις, ἐξ ὧν εἰμί, ἀλλὰ πλανῴμην εἰκῇ, ὑπ' οὐδενὸς τῶν στοιχείων λαμβανόμενος.* — Hippol. v. 984. sq. Suppl. v. 518—20. Chrysip. frag. 6. *χωρεῖ δ' ὀπίσω τὰ μὲν ἐκ γαίας φύντ' εἰς γαῖαν, τὰ δ' ἀπ' αἰθερίου βλαστόντα γονῆς εἰς οὐράνιον πόλον ἦλθε πάλιν· θνήσκει δ' οὐδὲν τῶν γιγνομένων, διακρινόμενον δ' ἄλλο πρὸς ἄλλου μορφὴν ἰδίαν ἀπέδειξεν.* Incert. trag. frg. 154. 127. — Med. v. 982: *ἐς ἄλλο σχῆμ' ἀποστάντες βίου.* — Jon. v. 979. sq. — Supplic. v. 1093. sq. Helen. v. 561. 569. sq. v. 1571—73: hoc loco virtutibus praediti homines, quos dii non odio persequantur, malis potius labores imponentes, non ex more Euripidis in insulis fortunatis post mortem collocantur. Hae insulae plerumque ad occidentem versus finguntur (Cfr. Horat. Epod. 16. v. 39. sqq.). Homerus *'Ηλύσιον πεδίον* (Odyss. IV. v. 563. sqq.) ad extremum occidentem situm ita describit, ut ejus descriptio plane consentiat cum posteriorum poëtarum insulis fortunatis. Herodotus eas Aegypto attribuit (Thal.). — Cfr. Incert. trag. frg. 127. — Cfr. Cic. de amic. c. IV. — Per ironiam Euripidem illudens Aristophanes (Pax. v. 788. ed. Bothe) sententias poëtae perverse interpretatur: homines mortui in stellas mutati in coelo splendent. — Orest. v. 657. sq.: Animi mortuorum supra terram suspensi pendent, sentientes, quae homines prope sepulchra loquuntur. — Iphig. Aul. v. 1460. sqq.: hic dies filiam tuam vidit mortuam et viventem, h. e. in aliam vitam euntem (*βλέπειν* saepe eodem sensu, quo *ζῆν*). — Electr. v. 637. — Iphig. Aul. v. 1359—62. — Cfr. Cic. senect. §. 79. — Tusc. I. c. 11.

48) Sic Hesiodus in Dieb. et Oper. (v. 213—380) magni esse momenti censet remunerationem mortuorum. — Pindarus pluribus locis dicit, animos hominum permansuros et fore, ut in alia vita praemiis afficiantur. v. Steinhart. prooem. ad Phaed. Plat. IV. p. 548. adn. 5. — Bono homini nihil mali accidere potest neque viventi neque mortuo. v. Nuesslin. l. l. p. 110. sq. — Cfr. Speck. l. c. p. 14.

49) Hecub. v. 407: post mortem cum iis, quos in vita dilexeramus, conveniemus. Trojan. v. 1177: Astyanax post mortem cum patre suo una erit. — Cfr. Plat. Apol. Socr. p. 40.

50) Phoeniss. v. 952. — Alcest. v. 666. — Stoici diu mansuros ajunt animos, semper negant: Cic. Tusc. I, c. 31. — Cfr. Nuesslin (Platons Apologie des Socrates. Mannheim 1838) p. 109. sq. — Kuehner l. l. p. 215. — Plato tantum veri philosophi immortalitatem animi demonstrat: v. Speck l. l. p. 6. — Alcest. v. 718. sqq.: chorus morienti Alcestidi exoptat, ut, si qui major ibi sit bonis fructus, horum particeps Proserpinae assideat. Qui locus eo magis est respiciendus, quod, quum dii inferi alias implacabiles dicuntur, iidem mites et benevoli describuntur erga bonos.

51) Irridetur propter has sententias Euripides ab Aristophane (Ran. 1082 et 1476. Pax. v. 819. sqq.). — Plato quoque vitam post mortem ita sibi fingit, non ut animi alius cum alio confundantur, sed ut singuli sui conscii sint. v. Speck. l. c. p. 14. et 16.

52) Non magis de immortalitate animorum deque vita meliore post mortem futura dubitasse Euripidem, quam Platonem (Phaed.) aut Ciceronem (Tusc.) ex poëtae locis ad hanc rem pertinentibus elucere videtur.

53) Iphig. Taur. v. 435. sqq. Liceat mihi ipsa Hassii verba afferre verissima (prs. II. p. 9.): Während der Eintritt in das irdische Leben vielleicht besser und richtiger Tod zu nennen wäre, ist umgekehrt der Tod d. i. die Trennung der Seele vom Leibe die Geburtsstunde, der Uebergang zu einem neuen Leben. Denn Leib und Seele sind nicht zusammen im Verein zu einem unvergänglichen Dasein bestimmt. Euripides weiss nichts und kann nichts wissen von einem *σῶμα πνευματικόν* des *ἄνθρωπος πνευματικός*, von einem durch das Sakrament der Taufe und durch die so begründete Wiedergeburt im heiligen Geist gewonnenen Leibe, der, obwohl gestorben, begraben, zur Erde und Asche geworden, dennoch am jüngsten Tage zur Auferweckung, zur Verklärung kommen und zur Herrlichkeit eingehen soll durch den Gebieter über Leib, Seele und Geist, durch den Machthaber über alle Kräfte Himmels und der Erden. Die Seele dagegen findet sich nach des Euripides Auffassung durch die voll-

ständige und ewige Trennung vom Leibe, der ihr nur etwas Fremdes, eine ihren Aufschwung hemmende Last war, nicht gehindert an ihrer individuellen Fortdauer mit Bewusstsein und Erinnerung — ja noch mehr, sie wird in diesem freien Zustande erst recht geschickt und fähig zu einer ungetrübten Glückseligkeit. Daher tritt der Tod in Wahrheit selten oder nie als ein schweres Geschick, als ein Bild des Schreckens vor seine Seele, sondern vielmehr als eine Erlösung, als eine Befreiung von jeglicher Erdennoth und allem Uebel, als eine Genesung von schmerzhafter, leidensvoller Krankheit; nirgends erscheint der Aufenthaltsort der Todten als das öde, reizlose Schattenreich. Die Sterbenden werden entlassen aus langer Gefangenschaft in die Freiheit, aus dem dunklen Hause der Mühe und Arbeit in die helleren Räume der Erkenntniss, der Ruhe, des Friedens, in Gefilde, wohin nur darum so wenige mit wahrem Verlangen gezogen werden, weil sie in einem verborgenen, hienieden noch unbekannten Lande liegen.

54) Erechth. frg. 11. Pirith. frg. 8. — Ut Plato immortalitatem animi, quam omnium hominum propriam esse docet ratio, sic Horatius vitam beatam sapienti adjudicat (Epist. I. 16, 20.).

Adnotationes. De materia.

1) Anaxagoras capitis damnatus Lampsacum aufugit, ubi mortuus est. Duae ibi exstructae arae, Veritati et Menti inscriptae, testimonio sunt, quantopere eum cives dilexerint. Cfr. Nuesslin l. l. p. 72. sq. — Cfr. Xenoph. Memor. Socr. IV. c. 7.

2) De discrimine inter *ὁμοιομερείας*, imprimis inter aëra et inter mentem v. Schaub. l. c. p. 102. sq.

3) Haec sententia constans antiquorum philosophorum fuit. Summam Anaxagoreae philosophiae Hassius, qua est perspicuitate et concinnitate, allatis locis ad rem spectantibus comprehendit et discrimen, quod de aedificato mundo inter Graecos philosophos et inter libros divinos intercedit, illustravit: prs. II. p. 5. et 7. — Lucret. I. 151: nullam rem ex nihilo gigni divinitus unquam; cfr. Pers. III. 84.

4) v. Anaxag. frg. I. cfr. Schaub. p. 75.

5) Anaxag. frg. 17. — Cavillatur hanc Anaxagorae doctrinam Aristophanes: Aves v. 667. sqq. (ed. Both).

6) Anaxag. frg. 8. cfr. Ovid. l. I. Initium Metam.

7) v. adn. 6. — *περιχώρησις* est motus in orbem, motus circularis. Idcirco in Socratis persona Anaxagoras illuditur ab Aristoph. Nub. 380: *αἰθέριος δῖνος*; cfr. Nub. 828: *δῖνος βασιλεύει, τὸν Δί' ἐξεληλακώς*; v. Schaub. p. 107. — Cfr. H. Mueller ad Aristoph. Nub. v. 1476 (interpret. German. tom. I. p. 306.).

8) v. adn. 6. cfr. Anaxag. frg. 18.

9) Anaxag. frg. 19.

10) Anaxag. frg. 20.

11) v. adn. 6.

12) Anaxag. frg. 8.

13) Orest. v. 1058—60. Hippol. v. 984; cfr. schol. ad Orest. 1058. Hypsip. frg. 6, quem locum interpretatus est Cicero Tusc. III. c. 25. cfr. Valcken. l. c. p. 56. 57. 35. b. c. — Anaxag. frg. 22. — Nullam omnino rem exstingui, ne corpora quidem, apparet ex frgm. Chrysip. VI. cfr. Cic. Lael. c. 4. Tusc. I, c. 11. c. 49. cfr. Ritter, Geschichte der Philosophie. tom. I, p. 292. 298. sq. 304. 320. — Supplic. 518. sqq.

14) v. Schaub. ad. Anaxag. frg. 14.

15) Thales aquam, Anaximander naturam quandam aqua subtiliorem, aëre crassiorem, alii philosophi aliud principium esse omnium rerum creatarum arbitrati sunt. v. Cic. Acad. prior. II, 37; de Nat. Deor. I, 10. 11. Aristot. de Coelo. III, 8. v. Schneither. l. c. p. 34. sqq. p. 40. sq. — Quum Steinhart in prooem. ad Tim. (tom. VI. p. 253. adn. 233) dicit: Nach Anaxagoras sonderten sich die Elemente aus den Homöomerien erst aus, und nahmen die ihnen zukommende Stelle im Weltraume, als der Geist sie zu bewegen angefangen hatte (Simplic. zur Physik des Aristot. p. 33, b. Bruchst. b. Schaubach) intelliguntur elementa ignis, aër, aqua, terra, quae appellantur.

16) v. Schaub. l. c. p. 81. sq. cfr. Dr. Ed. Zeller, die Philosophie der Griechen. 1856. 2. Aufl. I. Thl. p. 672: Aristoteles sagt, Anaxagoras halte die gleichtheiligen Körper *(τὰ ὁμοιομερῆ)* für die Elemente der Dinge. cfr. Tennemann, Gesch. d. Philosophie, I. p. 310: Die Aehnlichkeit bezieht sich daher nicht auf alle Stoffe zusammen (collective), sondern auf jeden einzelnen Stoff (distributive). Alii interpretantur, homoeomerias ita esse comparatas, ut in unaquaque homoeomeria omnium reliquarum particulae insint. Documento autem esse, homoeomerias esse mixtas omniumque rerum semina continere, quod, quum pane nutriatur homo et aqua, tamen caro et ossa corporis crescant et augeantur, id quod non fieret, nisi et in pane et in aqua particulae essent carni ossibusque similes. Nomen ducere quamlibet rem a majore et potiore parte, qua contineatur. Sic aurum appellari, quod major partium multitudo auro similis sit. cfr. Schneit. l. c. p. 34. sq. — cfr. Schaub. l. c. p. 87. sq. Dissentiunt etiam viri docti, utrum vocabulum ὁμοιομερῆ ab ipso Anaxagora proficiscatur, an ab Aristotele aut alio quodam philosopho inventum sit. Ex iis, qui Anaxagoreum vocabulum esse negant, imprimis nominandi sunt Schleiermacherus, Ritterus, Hegelius et qui nuperrime philosophiae antiquae historiam scripsit, Zellerus l. c. p. 672 hoc judicium fecit: Er selbst kann jedoch diese Ausdrücke *(ὁμοιομερῆ etc.)* nicht gebraucht haben, denn sie fehlen nicht blos in den uns erhaltenen Bruchstücken gänzlich, sondern sie finden überhaupt nur im aristotelischen Sprachgebrauch ihre Erklärung. Contrariam sententiam defendunt Wendtius, Brandis, Tiedemannus, Carus, Schaubachius. Offendit quidem, quod non leguntur illa vocabula in fragmentis Anaxagorae, sed satis magni momenti videntur esse ipsorum veterum testimonia, v. Simplic. in phys. Aristot. p. 258. a. *τὰ εἰδῆ, ἅπερ ὁμοιομερείας καλεῖ.* Stob. Eclog. phys. I. 11. 12. p. 296 (ed. Heeren) *ὁμοιομερείας αὐτὰς ἐκάλεσεν καὶ ἀρχὰς τῶν ὄντων.* Plut. plac. phil. I. 3. *ὁμοιομερείας αὐτὰς ἐκάλεσεν.* In eundem modum multi tum priorum tum posteriorum temporum. S non ab ipso Anaxagora profecta essent illa vocabula, saltem unus aliquis scriptorum id attigisset. cfr. Schaub. l. c. p. 89. Ex Latinis primus vocabulo ὁμοιομερείας usus est Lucretius. Nat. Deor. I. 830. sqq.:

> Nunc et Anaxagorae scrutemur ὁμοιομέρειαν,
> Quam Graji memorant, nec nostra dicere lingua
> Concedit nobis patrii sermonis egestas:
> Sed tamen ipsam rem facile est exponere verbis,
> Principium rerum, quam dixit ὁμοιομέρειαν. —

Quomodo in singulis homoeomeriis omnes reliquae inesse possint v. Schaub. p. 94. — Vitiositatem Anaxagoreae de homoeomeriis doctrinae idem Schaub. attigit p. 148. sq.

17) Anaxag. frg. 3.

18) Anaxagoras non existimat fieri posse, ut unum elementum in alterum commutetur ac proinde ex uno elemento omnia oriantur, sed propter infinitam rerum, quas videmus, copiam jam ante aedificatam mundum innumerabilia fuisse elementa. v. Schaub. l. c. 146. sq. — De diversa res creatas explicandi ratione philosophorum v. Schaub. l. c. p. 79. sq.

19) *Διακοσμεῖν* et *διακόσμησις* sunt vocabula propria, ubi de descriptione mundi disputatur. v. Schaub. p. 111. 114.

20) De inordinata rerum congerie, de rebus in coelum et terram separatis cum Anaxagora Euripidem consensisse, testis est Diod. Sic. I. p. 11. cfr. Melan. frg. 6, de cujus frg. primo versu Dionys. Halic. art. rhet. p. 85, 21: *ἡ ἀρχὴ τοῦ λόγου αὐτῷ αἰνίττεται τὴν πρὸς τὸν διδάσκαλον εὔνοιαν;* et omnino totam tragoediam Melanippen in Anaxagorae honorem scriptam esse probabile est. v. Schneith. l. c. p. 36.

21) frg. incert. trag. III. b.; sic item Anaxagoram docuisse, aëre et aethere in terram delapsis ex hac secernendo omnes res procreari, testes proferri possunt Varro d. R. Rust., Diog. Laërt., Irenaeus, Theophrastus, quos v. Hass. l. c. p. 12. cfr. Natal. Com. mythol. VII. 13. cfr. Schneith. l. c. p. 20.

22) De generatione animalium v. Schaub. p. 181. sq.

23) Schaub. p. 174.

24) Electr. v. 669. sqq.: Sol ex medio coelo occidentem versus h. e. meridiem versus motus est, ut ex eo tempore septentrionalis regio nubibus obducta torpeat ac rigeat, aestuosa sit et fervida australis. cfr. Hartung. ad hunc locum. cfr. Schaub. p. 175.

25) Quod Euripides dicit (Phaëth. frg. 11.): *καίει τὰ πόῤῥω· τἀγγύθεν δ' εὔκρατ' ἔχει,* hoc eum *παράδοξον* in Anaxagorae schola fortasse didicisse censet Valcken. p. 33. sqq. — De radiis solis temperationem coeli efficientibus v. Vitruv. lib. 8. c. 4. Eadem sententia Euripidem fuisse, frg. docet Phaëth. 11. cfr. Valcken. l. c. p. 32.

26) Euripidem, quoniam non apud inferos Tantalum, Ixiona, alios homines scelestos torqueri, sed in coelo circumvagantes poenas dare demonstravit, Hartung. censet cogitasse de aëriis lapidibus, de stellis transvolantibus, aliis phaenomenis, fortasse etiam de stellis errantibus. v. Hartung. ad Orest. v. 5. sqq. — Exstat locus difficilis huc spectans. Orest. v. 954. sqq., cuius loci sensus ad illud redit, quod scholiastes scripsit: *εἴτε παραγενοίμην εἰς τὴν μεταξὺ γῆς καὶ οὐρανοῦ τεταμένην πέτραν, ἥτις αἰωρεῖται καὶ φέρεται μυρίαις στρεφομένη χρυσαῖς ἁλύσεσιν ἐξ οὐρανοῦ κ. τ. λ.* Hartung. censet, descriptionem prorsus convenire stellae erranti, quae certis circulis circa solem moveatur et ideo tamquam mille catenis aureis alligata circa illum feratur. Solere Euripidem philosophiae praecepta fabulis ornata persequi et ipsum scholiasten adnotare: *τὰ φυσικὰ τοῖς μυθικοῖς καταμίγνυσιν ὁ Εὐριπίδης.* Atenim cur poëtae descriptio magis conveniat stellae erranti, quam ipsi soli, Hartung. non explanavit.

27) Anaxag. frg. 24.

28) v. Orest. v. 973. sqq. et Hartung. ad h. c.

29) Anaxagoras solem massam lapideam ignitam *(μύδρον διάπυρον)* appellavit. v. Anax. frg. 24., eumque secutus Euripides solem lapidem esse censet *(πέτρον καὶ βῶλον).* v. Schaub. ad Anax. frg. 24. scholiast. ad Orest. v. 954. schol. Pindar. Ol. I, 97, qui idem tradit, jam olim Tantalum solem *μύδρον* appellasse et ob eam rem poenas pependisse, ita ut sol impendens perpetuo eum terrore impleret. Similiter de reliquis corporibus coelestibus Clazomenium statuisse, v. Schaub. l. c. p. 142. cfr. Valcken, l. c. p. 30. 31.

30) v. Schaub. p. 160.

31) v. Valcken. l. l. p. 39. — Circum terram feruntur corpora coelestia, quae, quamvis graviora, non decidunt in terram propterea, quod maxima moventur celeritate, unde major vis exsistit, quam ea, qua suo pondere in terram versus trahuntur. v. Schaub. p. 157, 158.

32) Anaxag. frg. 4, quae quidem verba ad alla corpora coelestia cum Rittero (p. 260. 287.) retulerim, quamquam aliter interpretatur Schaub. l. c. p. 93. cfr. Schaub. p. 161. — Lunam coli et quasi alteram terram esse, multis montibus et urbibus ornatam, Xenophanes, alii philosophi docuerunt. cfr. Fabric. Bibl. Graec. I, 20. p. 131. sq. — Magnam ingenii vim et mentis acumen Anaxagorae probabile est maxime movisse ipsius Socratis animum, qui quamvis alienus esset a rebus physicis tractandis, tamen iterum ac tertio hujus mundi, in quo omnia ad voluptatem et usum incolarum instructa essent sapientissime, ordinem laudavit atque pulchritudinem. v. Xenoph. Memor. I, 4. 7—18. IV, 3. 13. Socrates deinceps hac re maximam vim exercuit in ipsum Platonem. v. Steinhart. prooem. ad Plat. Phileb. (IV. p. 582).

33) v. Archel. frg. 2. cfr. Schaub. p. 179. sqq. — Increscentis Nili causam Aëschylus quoque quaesivit in nivibus Aethiopiae solis calore liquefactis. Euripidem Anaxagorae de ea re sententiam secutum esse, v. Diod. Sic. I. p. 46. v. Helen. init.

Adnotationes. De finibus bonorum et malorum.

1) frg. incert. 16.: *κάλλιστα Μουσῶν φθέγγεται πλουτῶν ἀνήρ.* — Phoeniss. v. 404. sqq.
2) Incert. trag. frg. 204.
3) Med. v. 912. sq.
4) frgm. dub. 34.
5) Danaë. frg. 6.
6) Androm. frg. 23. — Palamed. frg. 1. — Belleroph. frg. 20. 21. 32. (ed. Both., quamquam hic locus ab aliis Danaës fragmentis adnumeratur, in quibus est: 13, secund. Matth.). Omnino fabula Bellerophon plena erat sententiarum perversitate et impietate in deos insignium, ita quidem, ut quum loco quodam divitiae virtuti et omnibus, quaecunque homini sunt carissima, praeponerentur, spectantium indignatione tantus tumultus exoriretur, ut secundum Senecam (ep. 115.) ipse poëta in scenam prodire cogeretur tumultuantes sedaturus et rogaturus, finem fabulae exspectarent, priusquam de sententiarum consilio et ratione arroganter praejudicarent. Euripidis Bellerophontem Pegaso vehentem describit in fabula Pace Aristophanes Trygaeum inducens in scarabaeo sedentem, admonitum a filia, ne decidat neve materiam praebeat claudus Euripidi tragoediam scribendi. cfr. H. Mueller in prooem. ad Arist. Pac. vol. II. p. 125. sqq.

7) Plisthen. frg. 3.

8) Incert. trag. frg. 14: *ἐπεὶ τί δεῖ βροτοῖσι πλὴν δυοῖν μόνον Δήμητρος ἀκτῆς πώματός θ' ὑδρηχόου, ἅπερ πάρεστι καὶ πέφυχ' ἡμᾶς τρέφειν· ὧν οὐκ ἀπαρκεῖ πλησμονὴ, τρυφῇ δέ τοι ἄλλων ἐδεστῶν μηχανὰς θηρεύομεν.*, quem locum Gellius l. VI. (VII.) c. 16. citavit. — Med. v. 570. sq. — Supplic. v. 839. sq.: *οὐ γὰρ ἐν γαστρὸς βορᾷ τὸ χρηστὸν εἶναι, μέτρια δ' ἐξαρκεῖν ἔφη* (Capaneus). — Jon. v. 586: *ἴση γὰρ ἡ χάρις μεγάλοισι χαίρειν, σμικρά θ' ἡδέως ἔχειν.*

9) Antiop. frg. 45. — Melanip. frg. 25. — cfr. Hor. Od. IV. 9. s. fin. II. 10, 5. sqq. Epist. I. 18, 101. sqq.

10) Teleph. frg. 28.

11) Alexand. frg. 14. — Archel. frg. 18. — Incert. trg. frag. 216.

12) Orest. v. 1510. sq. — Ipse Plato (Leg. II. p. 661. sq.) censet, valetudinem, pulchritudinem, divitias, cetera vere bona esse justo homini, qui illis recte utatur, inutilia injusto, qui abutatur.

13) Ino. frg. 22. Peleus. frg. 4.: *τὸν ὄλβον οὐδὲν οὐδαμοῦ κρίνω βροτοῖς, ὃν γ' ἐξαλείφει ῥᾷον ἢ γραφὴν θεός.* — Orest. v. 323. sqq. Andromed. frg. 26. Meleag. frg. 20. — Incert. trag. frg. 236. — Hecub. v. 270. Alcm. frg. 15.

14) Electr. v. 876. sq.

15) Jon. v. 887. — Heracl. v. 836. sqq. — Helen. v. 274. sq. — Aegeus. frg. 11.

16) Alexand. frg. 3. — Archel. frg. 26. — Auge. frg. 9. — Belleroph. frg. 27. — Jno. frg. 18.

17) Scyriac. frg. 2. — Hecub. v. 598—603. — Heracl. v. 595. sqq. — Hercul. fur. v. 475. — Incert. trag. frg. 68.

18) Phoeniss. v. 562. — Alcmen. frg. 9.: *σκαιόν τι χρῆμα πλοῦτος ἥτ' ἀπειρία.* — Archel. frg. 33.

19) Cycl. v. 302. sqq.

20) Incert. trag. frg. 239.

21) Phoeniss. v. 472. — Bacch. v. 268. sqq. — Troad. v. 1114.

22) Aeg. frg. 7. — Iphig. Aul. v. 17—27. 399. sqq. — Hecub. v. 598. sqq. — Hippol. v. 970—74. — Bacch. v. 268. sqq. — Troad. v. 1114. — Electr. v. 37. sq.: nobilitas sine nummis magna vanitas. — Ino. frg. 22.

23) Herc. fur. v. 702. sq. — Iphig. Aul. v. 295—300.: quum quis tyrannus factus est, alios mores induit, non amplius amicis, quos tum maxime adjuvare debet, aditum dat conveniendi.

24) Jon. v. 536. sq.: *ζητῶ τις εἶναι, τῶν μὲν ἀδυνάτων ὕπο μισησόμεσθα· λυπρὰ γὰρ τὰ κρείσσονα.* — Iphig. Aul. v. 17. sq.: ab omni periculo remota est vita pauperum ignobiliumque. cfr. illud: *λαθὲ βιώσας.*

25) Peliad. frg. 5. — Phoeniss. v. 497. sqq. — Jon. v. 561—68: *τυραννίδος δὲ τῆς μάτην αἰνουμένης τὸ μὲν πρόσωπον ἡδὺ, τἀν δόμοισι δὲ λυπηρά. Τίς γὰρ μακάριος, τίς εὐτυχὴς, ὅστις δεδοικὼς, καὶ περιβλέπων βίαν, αἰῶνα τείνει. δημότης δ' ἂν εὐτυχὴς ζῆν ἂν θέλοιμι μᾶλλον ἢ τύραννος ὢν, ᾧ τοὺς πονηροὺς ἡδονὴ φίλους ἔχειν, ἐσθλοὺς δὲ μισεῖ, κατθανεῖν φοβούμενος. Εἴποις ἂν, ὡς ὁ χρυσὸς ἐκνικᾷ τάδε, πλουτεῖν τε τερπνόν. Οὐ φιλῶ ψογοὺς κλύειν, ἐν χερσὶ σώζων ὄλβον, οὐδ' ἔχειν πόνους· εἴη γ' ἐμοὶ μὲν μέτρια μὴ λυπουμένῳ.*

26) Antig. frg. 12.: saepe cum opibus insipientia est conjuncta. — Phaëth. frg. 17.: qui divitiis comparandis gaudent, plerumque perversi sunt; nam caeca fortuna, quibus favet, non tantum oculis sed etiam mente captos reddit.

27) Med. v. 127. sqq.: *τὰ δ' ὑπερβάλλοντ' οὐδένα καιρὸν δύναται θνατοῖς, μείζους δ' ἄτας, ὅταν ὀργισθῇ δαίμων, οἴκοις ἀπέδωκεν.* — Herc. fur. v. 795. — Alcmaeon. frg. 11.: *τὰ μεγάλα μεγάλα καὶ πάσχει κακά.* — Incert. frg. 4. — Heracl. v. 233. — Herc. fur. v. 61—69: exemplo est Hercules, qui momento temporis ex summo gloriae et fortunae fastigio in maximam miseriam detrusus est.

28) Phoeniss. v. 501. sqq. In versu 504 pro *νόμιμον*, quod reperitur in codd., legendum videtur *μόνιμον* tum propter veterum interpretationes, tum propter sententiarum rationem.

29) Med. v. 611. sqq. — Phoeniss. v. 325. sqq. 355. sq. 373. — Phoenix. frg. 10.

30) Phoeniss. v. 370.: *ἀνδρὸς κακῶς πράσσοντος ἐκποδὼν φίλοι* (cfr. schol.). — Hecub. v. 1165. sq.

31) Orest. v. 1041. sq. — Androm. v. 371. sq. — Supplic. v. 256. sq. v. 841. sq.: Capaneus et praesentibus et absentibus amicus erat, anima simplex, sincera, candida.

32) Theseus. frg. 9.: *κρεῖσσον δὲ πλούτου καὶ πολυχρύσου χλιδῆς ἀνδρῶν δικαίων κἀγαθῶν παρουσίαι.*

33) Orest. v. 1127. sqq.

34) Hecub. v. 364. sq.: magni est, nobili et ingenuo loco natum esse, sed pluris, dignum esse nomine ingenui.

35) Med. verss. 787—800 summas laudes continent regionis Atticae, invictam esse terram dicit poëta, felices praedicat incolas, ibi florere litteras et artes, quae studium gignant virtutum. Atticam esse patriam Musarum, quas prorsus recedens ab aliis auctoribus Harmoniae filias vocat, que scilicet, si conjunctae coluntur, animi concentum quendam et harmoniam efficiant. Ad verba: *αἰεὶ διὰ λαμπροτάτου βαίνοντες ἁβρῶς αἰθέρος* schol. adnotat.: *ἅτε δὴ τοῦ παρ' αὐτοῖς ἀέρος εἰς τοῦτο (τὸ σοφίζειν) πεφυκότος.* cfr. Cic. Nat. Deor. II. 16: etenim licet videre acutiora ingenia et ad intelligendum aptiora eorum, qui terras incolant eas, in quibus aër sit purus ac tenuis, quam illorum, qui utantur crasso coelo et concreto. — cfr. Hor. Ep. II. 1, 244. — Ceterum verss. Med. 787. sqq., qui laudes Atheniensium continent, quod optimum fructum, qui ex artibus et litteris in mores ipsamque vitam redundet, perceperint, Medea opponitur, in qua, quantumvis prudentia antecedat, non eadem *σωφροσύνη*, quae in Atheniensibus animadvertatur. — Med. v. 509. sqq.: a terra eruditorum hominum abest immoderata licentia et vis et arbitrium, sed ex legibus omnia disceptantur, neque quum quis virtutibus excellit, obscurus versatur inter cives et ignobilis, sed praedicatur ab omnibus.

36) Incert. trag. frg. 37: *ἅπας μὲν ἀὴρ ἀετῷ περάσιμος, ἅπασα δὲ χθὼν ἀνδρὶ γενναίῳ πατρίς.* — cfr. Horat. Ep. I. 11, ubi pro *γενναίῳ* incolumis legitur. — Sic Socrates apud Ciceronem mundanum se esse arbitratur (Tusc. V. c. 37). cfr. illud proverbium: Biedermanns Erbe liegt in allen Landen (Agricol. proverb. ed. Eisleben. 1529. p. 165).

37) Hippol. frg. 8. — Alcest. v. 643—46. v. 696. 292. — Iphig. Aul. v. 1132—35. — Meleag. frg. 13. — Phoenix. frg. 9. — Orest. v. 1478. sq.

38) Suppl. v. 182. sqq. — Hac doctrina, deos terram praeclare exornasse et homini tot bona tribuisse, ut beatus vivere posset, si contentus esset iis, quae a diis data essent, Euripidem oppugnasse Prodici doctrinam Welckerus vidisse sibi videtur: cfr. Zastra in progr.: Ueber des Euripides Hiketiden. Neisse. 1848. — cfr. Xenoph. Memor. IV. 3, 10. sqq. — Cic. Nat. Deor. II. c. 60.

